

DE  
11  
1111:  
1111:

927





M. e. 1

00 ds

F

P. VI

~~27.~~ 88.



# D. NICOLAI

SELNECCERI

## EXEGEMA:

1. De vnione personali duarum naturarum in Christo.
2. De Idiomatum Communicatione.
3. De Cœna DOMINI.

## COMMONEFACTIO DE VER

bis Actor. 3. Oportet Christum  
cœlum accipere.

## DISPUTATIO GRAMMATICA

VVitebergæ scripta contra Selneccerum,  
et huius in illam ὑπομνήματα.

## BREVIS APPENDIX, DE MO

do explorandi Sacramentarios, qui  
apertè tales esse nolunt.

HENRICOPOLI.

M. D. LXXII.



D. MICCOLAI

EXPERIMENTI

COMPOSITIO REACTIO DE VERA

DIPTERIS APPENDIX DE MOR

REACTIO APPENDIX DE MOR

REACTIO APPENDIX DE MOR

REACTIO APPENDIX DE MOR





# DE VNIONE

PERSONALI: IDIOMATVM

Communicatione: & de Doctrina

Cœnæ Dominicæ.

I.



Nio duarum in Christo nas-  
turarum, diuine siue eter-  
næ, & humane certo tem-  
pore assumptæ, facta est si-  
ne naturarum κτάρσῃ, aut  
permutatione, aut confusi-  
one, siue, vt veteres contra  
Nestorium & Eutychem

Chalcedo-  
nensis quar-  
tæ œcume-  
nicæ, synodæ  
verba.

locuti sunt: Dominus noster IESVS Christus  
perfectus est in deitate, & perfectus in humanitate,  
verè Deus, & verè homo, qui anima ratione præ-  
dita & corpore constat, ὁμοῦσι & ὁμοίῳ, &  
καὶ ὁμοτίμῳ Patri ab æterno secundum diuisi-  
nitatem, & nobis ὁμοῦσι & ὁμοίῳ, & similis per omnia,  
sine peccato: vnus & idem agnitus in duabus  
naturis ἀσυγχύτως, ἀτρέπτως, ἀδιαιρέτως καὶ  
ἀχωρίσως, id est, sine confusione, permutatione,  
distractiōe, & separatione, seruatis proprietati-  
bus nature vtriusq;, & in vnā ὑπόστασιν, siue  
personam concurrentibus.

CYRILLVS: Si quis in Christo diuidens  
ὑποστάσιν post vnionem, & dicens: λόγῳ coniun-

A 2

Et una



Etum fuisse homini societate seu potestate, non naturali vnione, anathema sit.

Imperator Iustinianus Augustus 8. Credentes in Patrem, Filium, & Spiritum sanctum, vnā essentiam in tribus personis adoramus, vnā diuinitatem, vnā potentiam, Trinitatem ὁμοῦσίου. In extremis autem diebus confitemur vnigenitum Dei Filium, ex Deo Deum, ante secula & ἀρχότως, siue sine tempore ex Patre genitum, coeternum Patri, ex quo omnia, & per quem omnia, descendisse de caelis, & incarnatum ex Spiritu sancto, & ex beata atq; gloriosa semper virgine Maria, hominem factum, & crucifixum, sepultum esse, & die tertio exurrexisse: vnus & eiusdem miracula & passiones, quas sponte in carne sustinuit, agnoscentes. Non enim alium Deum Verbum, & alium Christum cognoscimus, sed vnum & eundem ὁμοῦσίου Patri secundum diuinitatem, eundemq; ὁμοῦσίου nobis secundum humanitatem. Trinitas enim permansit Trinitas, etiam incarnato vno ē Trinitate Dei Verbo. Neq; enim quartae personae accessionem sancta Trinitas admittit. Quae cum ita se habeant, anathemate & execratione summa omnem haeresin condemnamus, tum verò vel maxime Nestorium ἀνθρώπου πολάτην, id est, hominis cultorem & adoratorem, qui vnum Dominum nostrum Iesum Christum, Filium Dei, & Deum nostrum diuidit atq; distrahit, neq; proprie & conuenienter



uenienter veritati, sanctam, gloriosam, semper vir-  
ginem Mariam, Deiparam confitetur, sed alium  
quidem Deum Verbum ex Deo Patre appellan-  
tem, alium autem eum, qui natus sit ex sancta sem-  
per virgine Maria, qui secundum gratiam & fa-  
miliaritatem ad Deum Verbum Deus factus sit: Χάριτι καὶ  
δικαίωσει  
Nec non amentem illum Eutycheten, vanas quas τῆ πρὸς  
τὸν θεὸν  
dam opiniones inducentem, & negantem ex sancta λόγον  
semper virgine & Deipara Maria veram incar-  
nationem, hoc est, salutem nostram: neq; confiten-  
tem ἡ πάντα ὁμοῦσιον Patri secundum diui-  
nitatem, & ὁμοῦσιον nobis secundum humani-  
tatem. Item Apollinarium illum ψυχοφθόρον,  
id est, animam humanam Christo adimentem, &  
dicentem, Dominum nostrum Iesum Christum Fili-  
um Dei, & Deum nostrum, mentis humanæ exper-  
tem esse, & confusionem, aut commixtionem, φυ-  
σῶν, incarnationi vnigeniti Filij Dei introdu-  
centem. Deniq; omnes eos, qui illorum opinionem  
secuti sunt, aut adhuc sequendam putant, &c.

## II.

Ex doctrina de Vnione hypostatica, orta est  
doctrina de Communicatione Idiomatum vtriusq;  
naturæ, quam ἡ διχῶσιον & ἀντίδοσιον nomi-  
nârunt, & que regiâ & mediâ viâ incedens vtrun-  
q; prohibet, confusionem scilicet naturarum, quam  
Eutyches Archimandrita finxit, & personæ di-  
uulsionem, qualem Nestoriani introduxerunt.

A 3

Luthe



LUTHERVS de nouissimis verbis Dauidis : Sciendum est, quòd sicut ambæ naturæ in vna persona Filij Dei copulatæ seu vnitæ sunt : ita etiam vocabula in sermone & formis loquendi in Ecclesia receptis, quæ tribuuntur naturis, seu, vt vulgò vocantur, prædicata, conueniunt & quasi copulantur cum ijs, quæ de integra persona dicuntur : quas formas loquendi vsitatè vocant Communicationem Idiomatum, siue proprietatum, hoc est, cum id, quod est proprium alteri naturæ, & de ea seorsim in abstracto dicitur, tamen in concreto tribuitur toti personæ, &c.

Contra confusionem naturarum in Christo tenenda hæc sunt:

1. Duæ in Christo nato ex virgine Maria sunt naturæ, diuina & humana, & Christus est verus Deus & homo, θεὸς ἔνθεος πῶ, Emanuel.
  2. Vtræque natura retinet suas proprietates, nec facienda est confusio vel naturarum, vel idiomatum, neque etiam exæquatio.
  3. Verè natura humana est, non speculum, assumpta à λόγῳ. & hæc assumpta natura non est illa ipsa æterna natura τὸ λόγῳ.
  4. Humana natura in Christo non est absorpta à diuina, nec est diffusa in totum vniuersum cum diuinitate, quasi iam amplius non sint verè duæ naturæ, sed tantum sit vna natura, & eadē vtriusque naturæ proprietas.
- Cyrillus:



Cyrillus: Quando humano more aliquid de Theſau. lib.  
 ſeipſo Chriſtus dicit, quod alienum à deitate ipſi 10. c. 2. 3. 7.  
 uſ videatur, carni idipſum accommodare debemus.  
 Sic enim ſingula facta & dicta congruè distribu-  
 entes, à vera cognitione Saluatoris noſtri non ab-  
 errabimus. Debemus, quæ Deo vero conueniunt,  
 diuinitati Chriſti: quæ vero homini, humilitati  
 noſtræ, quam propter nos aſſumpſit, aſſcribere.  
 Et iterum: Quæ Deo conueniunt dicta &  
 facta, Deum verum eſſe demonſtrant: quæ autem  
 homini, verum hominem. Et: Mortale corpus aſ-  
 ſumpſit, omnibus paſſionibus naturæ noſtræ ſubie-  
 ctum, peccato ſemper longè remoto. Conuenienter  
 igitur quoniam idem homo verus, & Deus verus  
 eſt, hominis paſſiones ſibi attribuit propter perſo-  
 nalem vñionem. Sic dicimus etiam Deum paſſum,  
 & crucifixum, mortuum & ſepultum: quæ om-  
 nia vt homini ipſi, non vt Verbo Dei attribuuntur.  
 Rurſum: Quæ de Chriſto ſcribuntur, intelligenda  
 ſunt ita, vt nec quæ deitati conueniunt, humanitas  
 eiſ attribuantur, nec quæ humanitatis propria  
 ſunt, ad deitatem ipſius diſtorqueantur.

¶ 1. Omnis ſpiritus, qui ſoluit Chriſto  
 Contra diuul- ſtum, non eſt ex Deo, 1. Ioh. 4.  
 ſionē perſonæ, ¶ 2. Κοινὰ τὰ πρὸς ὅπια γίνεται  
 ſiue naturarū τὰ πρὸς φύσιν ἰδιῶν: id eſt, Com-  
 in Chriſto te- municatio idiomatum fit in con-  
 nēda hæc ſunt: creto, non in abstracto.

A 4.

3. Nomina



3. Nomina concreta designant integram personam subsistentem in utraque natura, non designant alteram tantummodo naturam.

4. Actiones & passionis non sunt naturarum tantum, sed sunt personae.

### III.

Communicatio idiomatum nec verbalis siue tantum Dialectica forma loquendi est, nec realis illa physica, siue Eutyhetica & Stenckfeldiana, quae est confusio naturarum & idiomatum, sed est vera *κοινωνία* proprietatum in persona, quae est Deus & homo, quae *κοινωνία* fit sine naturarum & proprietatum exaequatione, alteratione, aut permutatione, & confusione.

Si quis autem vocem *Rēalis*, *Rēale*, *Rēaliter*, opponat imaginario, ficto, aut ei, quod reuera non sit, & non fiat, aut quod sit tantum nuda loquendi forma, & titulus sine re, is recte sentit, & reprehendi nequit.

### IIII.

Hic queritur de maiestate, & gloria humane naturae in Christo collocatae ad dexteram Patris omnipotentis, & euectae supra omnes caelos, &c.

Lutherus de nouiss. verb. Davidis: Christo etiam secundum temporalem & humanam generationem data est aeterna potestas Dei, sed certo tempore, non ab aeterno. Humanitas enim Christi

NON



non fuit ab aeterno, sicut diuinitas. Ex eo autem momento, quo diuinitas & humanitas sunt unitae in vna persona, est & nominatur homo ille Mariae filius, Omnipotens aeternus Deus, qui habet aeternam potestatem, & qui omnia creauit, & sustentat, scilicet, per communicationem idiomatum, quia cum diuinitate est vna persona, & etiam verus Deus. Ideo inquit: Omne mihi datum est à Patre. Et: Omnis potestas in caelo & in terra mihi data est: Mihi, videlicet, Iesu Nazareno, Mariae Filio, homini nato. Ab aeterno habeo illam potestatem à Patre, anteq̄ homo nascerer, Sed factus homo accipi eam temporaliter secundum humanitatē, & eam occultavi vsq̄ ad meam resurrectionem, & ascensionem, in qua illa patefacienda erat. Hæc Luth.

Cyrillus: Diuinæ naturæ in Christo nunc post incarnationem tribuitur opus creationis non sine carne, id est, illi diuinitati tribuitur, quæ cum suscepta carne vna iam est persona, & ita tribuitur personæ. Idem: Unigeniti Dei corpus existens, omnia humana transcendit.

Basiliius de Spiritu sancto: τὸ δέξιον οὐ πῶν κατὰ χώραν δικλοῖ, ὡς δὲ τῶν λόγων ἀλλὰ πῶν πρὸς τὸ ἴσον χέσιν. Et lib. 4. contra Euenomium: Deus exaltauit illum, & dedit ei nomen, quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur. De humanitate hæc intelligenda sunt, non de diuinitate.



Bernhardus serm. 2. de Ascen. Christi : Christus cum per naturam diuinitatis non haberet, quo cresceret vel ascenderet, quia ultra Deum nihil est, per descensum, quomodo cresceret, inuenit, veniens incarnari, pati, mori, ne moreremur in eternum : propter quod Deus exaltauit illum, quia resurrexit, ascendit, sedet ad dexteram Dei.

Sic antiquitas etiam locuta est, vt ex epistolis & Decretis Leonis 1. contra Nestorium & Eutychen constat : Diuina in Christo natura habet contumeliam siue ignominiam ex humana natura assumpta, sed uicissim humana in Christo natura habet gloriam & maiestatem à diuina natura.

Damasceus : Caro secundum sui naturam non est adorabilis, adoratur autem in incarnato Deo Verbo, non propter seipsum, sed propter coniunctum ipsi secundum ἑνωσῆσθαι Deum Verbum : & non dicimus, quod carnem adoramus nudam, sed carnem Dei, id est, incarnatum Deum.

Sedet igitur Christus à dextris Dei Patris omnipotentis, id est, regnat diuina & equali potentia & maiestate cum DEO, DEVS & homo, cum ei etiam secundum humanam naturam data sit omnis potestas in coelo & in terra. Nam secundum diuinam naturam habuit illam potestatem ab eterno. Nunc autem noua deliberatione ( quæ in Psal. 110. expressa est. Dixit Dominus Domino meo ) Deus Pater ipsum effert in summam sublimitatem, & collocat eum ad dexteram suæ maiestatis & virtutis



virtutis, non tantum secundum diuinam Christi naturam, quæ antea gloriam illam ab æterno in æternum obtinuit & obtinet, verum secundum humanitatem, ita, vt etiam ipse Filius Dei, Deus & homo sedeat ad dexteram omnipotentis Dei, subiectis sibi angelis, potestatibus & virtutibus, tum in coelestibus super omnem principatum, potestatem, dominationem, & omne nomen, quod nominatur, non solum in hoc, sed in futuro seculo, tum in terrenis, cum omnia subiecta sint pedibus eius, & data sit ei potestas in cælo & in terra.

Etsi autem æterna Christi omnipotentia idioma est essentielle diuinæ in Christo nature, quod nunquam ita communicatur, vt fiat idioma humanæ nature  $\sigma\upsilon\varsigma\alpha\tau\iota\kappa\acute{o}\rho$ , ne fiat confusio naturarum & idiomatum, qualem finxerunt Eutyches, Stenckfeldius, Monotheletæ etiam, & Antitrinitarij nostræ ætatis, qua ratione etiam scimus nullum idioma communicari: tamen humanæ nature in vnâ personam Christi assumptæ & glorificatæ accessit maiestas & gloria ea, de qua Paulus inquit: Datum est ei nomen supra omne nomen. Ea autem gloria & maiestas non est quiddam medium aut tertium inter omnium angelorum & hominum gloriam siue beatitudinem & potentiam, & inter Dei omnipotentiam, sed est  $\pi\acute{\alpha}\rho\alpha\ \acute{\epsilon}\xi\upsilon\sigma\iota\alpha$  supra omnes principatus, potestates, & dominationes, quia non sunt due nature omnipotentes, sed vnus omnipotens. Itaq; omnipotentia, omniscientia, & reliqua



reliquæ proprietates competunt quidem humanæ naturæ in Christo assumptæ à diuina, & collocatæ ad dexteram æterni patris, sed non suiipsius, sed eius naturæ respectu, cum qua in vnâ & eandem personam est vnita, nempe respectu & beneficio, siue gratia diuinæ.

Nonnulli dixerunt: Christi corpus finitum, esse potentie infinitæ, siue, vt rotundius dictum est,  $\phi\upsilon\sigma\iota\kappa\acute{o}\nu\ \nu\epsilon\lambda\eta\ \pi\acute{\alpha}\nu\tau\omega\sigma\tau\omega\sigma\upsilon\mu\alpha\ \tau\ \chi\acute{\rho}\iota\sigma\tau\acute{o}\varsigma\ \epsilon\iota\upsilon\omega\lambda\ \alpha\ \pi\acute{\alpha}\nu\tau\omega\sigma\tau\omega\sigma\upsilon\mu\alpha\ \epsilon\grave{\xi}\ \theta\epsilon\omicron\iota\alpha\varsigma\ ,\ \alpha\gamma\epsilon\tau\acute{\iota}\varsigma\ \tau\ \delta\upsilon\omega\acute{\alpha}\mu\epsilon\omega\varsigma$ . Hoc rectè & sine confusione idiomatum intellectum, rectè dici potest. Infinita quidem potentia, est idioma diuinæ & æternæ naturæ, & non fit idiomata alterius naturæ, quæ creata & assumpta est, sed est & manet essentialis proprietas æternæ & increatæ naturæ. In persona autem Christi Dei & hominis, humana natura supra omnes cælos euectæ, & collocata ad dexteram omnipotentis Dei, acquirit & habet potentiam omnem superantem omnium angelorum & hominum potentiam, quæ potentia naturæ in Christo humanæ non potest à nobis definiri, aut certis limitibus & terminis circumscribi, ideoq; rectè infinita dicitur, respectu scilicet nostri, qui potentiam illam definire nec possumus, nec debemus, quandoquidem omnium creaturarum potentiam superat, & est & nominatur  $\omega\acute{\nu}\tau\omega\ \epsilon\grave{\xi}\ \theta\epsilon\omicron\iota\alpha\varsigma\ ,\ \text{omnis potestas}$ .

V.

De Vbiquitate quod queritur, tres regulas retine



retinemus. Prima est de tota Christi persona: Vbi-  
cunq; Christus est, ibi est ipse Deus & homo. Chri-  
stus homo est ubiq; & est ἀπὸ πανταχοῦ, ubiq;  
tamen retentis utriusq; naturæ proprietatibus:  
Nam secundum diuinam naturam est ubiq; reti-  
nente corpore suam ἀπὸ πανταχοῦ & proprietates  
suas essentielles in omnibus, quibus sacra scriptura  
non addit exceptionem, indicatis prerogatiuis  
ἀπὸ πανταχοῦ & hyperphysicis, in persona Chri-  
sti. Secunda regula est: Christus cum sit om-  
nipotens Deus, potest etiam corpore suo siue se-  
cundum humanam suam naturam esse in omnibus  
locis, ubicunq; vult esse, manente tamen saluâ, &  
inviolatâ, non expansâ, non diffusâ, non diductâ  
in infinitum, humana eius natura. Tertia regu-  
la: Verè ibi est corpus Christi, datur, & accipi-  
tur, ubicunq; illud ipse Christus esse vult, & quo-  
cunq; seipsum verbo suo alligauit, vt in Cœna, in  
qua ipse Christus Deus & homo omnipotens adest,  
& per manum ministri distribuit corpus & san-  
guinem suum vescentibus in Cœna.

#### VI.

De Cœna Domini confitemur, nos sentire,  
quod in illa verè & substantialiter adsint corpus  
& sanguis Christi, & verè cum illis rebus exhi-  
beantur, quæ videntur, pane & vino, omnibus ijs,  
qui Sacramentum, vt Ecclesiæ ciues & membra,  
accipiunt, idq; corporaliter, communicatione car-  
nis Christi, simul & semel in diuersis locis, ubicunq;



¶ Cœna iuxta institutionem Christi celebratur,  
non efficacia solum, aut spiritali habitudine, quæ  
per fidem & caritatem intelligitur, sed secundum  
carnem siue participatione naturali, & substan-  
tiâ veri corporis, & veri sanguinis Christi, vt in  
Apologia ex verbo Dei, & ex Cyrillo copiosius  
dicitur. Improbamus etiam secus docentes, siue  
Sacramentarios, Cinglianos, siue Calvinianos no-  
minemus.

Nicolaus Selneccerus D. Sup.  
in aula Brunouicensi, quæ est in  
Vuolffenbytel, 19. Augusti. 1570.

LEO Papa 1. ad Clerum, & plebem Con-  
stantinopolitanæ vrbis: Dicant aduersarij verita-  
tis, Quando omnipotens pater, vel secundum quam  
naturam, Filium suum super vniversa proue-  
nerit? vel cui naturæ cuncta subiecerit?  
Deitas enim verbi par in omnibus & ὁμοῦσι  
est patri, atq; intemporaliter vna eademq; poten-  
tia est Genitoris & Geniti. Creator quippe omni-  
um naturarum, quoniam per ipsum omnia facta  
sunt, & sine ipso factum est nihil, superest omnibus,  
quæ creauit, nec vnquam creatori suo non fuerunt  
non subiecta, quæ condidit, cui proprium & semp-  
piternum est, nec aliundè, quàm de Patre, nec aliud  
esse, quàm Pater est. Huic si addita est potestas, si  
illustrata dignitas, si exaltata sublimitas, minor  
erat proueniente, qui creuit, nec habebat diuitias  
eius



eius nature, cuius indignit largitate. Sed talia  
sentientem in societatem suam Arius rapit, cuius  
peruersitati multum hæc suffragatur impietas,  
Etc.

S. Iohan. Constantinopolitanus Episcopus:  
Quis ille est, qui audiuit, Sede ad dexteram meam?  
Quæ natura est, cui dixit, Esto meæ parti-  
ceps sedis? Illa natura, quæ audiuit, Terra es, &  
in terram ibis.

Leo: Quicquid in tempore accepit Christus,  
secundum hominem accepit, cui, quæ non habuit,  
conferrentur. Nam secundum potentiam deitatis  
indifferenter omnia, quæ habet Pater, etiam Filius  
habet: & quæ in forma serui à Patre accepit,  
eadem in forma Dei etiam ipse  
donauit.



De

itur,  
quæ  
dum  
tan  
vt in  
osius  
siue  
s no  
Sup.  
st in  
570.  
Con  
rita  
quam  
roue  
rit?  
i  
otena  
mni  
facta  
ibus,  
runt  
sema  
aliud  
as, st  
minor  
citas  
eius



De verbis Act. 3.

[OPORTET CHRISTVM COE-  
LVM ACCIPERE]

Breuis & necessaria commonefactio

Nic. Sel. D.

\*

videlicet,

Tigurino=  
rum ad Te  
stamentum  
Brentij, Ca-  
techismum  
Vuiteber=  
gensem no-  
uum: &  
priuata  
quorundam  
scripta.



IDI spargi scripta \* quaedam, in qui-  
bus inter reliqua, etiam ex versione  
BEZAE, cuius labor in explicatio-  
nem Noui Testamenti collocatus, &  
iudicium in nonnullis adhibeatur vera pietate &  
doctrina instructum, sua certe laude & commen-  
datione dignus est, ut aliàs, praesertim in nostra  
Noui Testamenti ἐξηγήσει, Deo iuuante, ostende-  
mus, verba, quae extant Act. 3. [Oportet Christum  
caelum accipere] allegantur hunc in modum: [O-  
portet Christum caelo capi.]

Animaduertentes autem dolum & insidias,  
καὶ ὑπὸ λόρτι subesse colligentes, viri boni &  
pij dolent, eò rem & fidem, confessionem, & con-  
stantiam redactam esse, ut ex manifestè deprauatis  
sacrae scripturae testimonijs ostentanda sit eruditi-  
onis alicuius opinio, & confessionis regula.

Ego certe quid amplius facere possim, nescio.  
Emigrare cupio, & esse cum Christo. Video enim,  
quò res inclinent, ac quòd ferè nemo amplius sibi  
cordi & curae gloriam Christi, qui sedens ad dex-  
teram Patris Dei omnipotentis, caro & sanguis  
noster est, esse velit.

Dabitur



Dabitur fortasse tempus & occasio, iuste & sufficienter conquerendi de istis insidijs alijs, vel etiam coram tribunali Filij Dei, & in vltimi iudicij executione. Nunc tantum supputridum conatum eorum, qui versioni isti adherent, vt iuuentuti pie detergamus, primùm verba siue textum, deinde versionem siue glossam conferemus.

Nihil profectò iam ab hinc annis viginti, magis nos mouit, turbauit, anxios reddidit, & vt accessionem ad speculationes Sacramentariorum nudo capite factam esse, crediderimus, pro dolor, persuasit, quàm allegatio versionis profectò male & impie: Oportet Christum cælo capi. Ex hac enim citatione, quid subsit, conspici potest.

Textus durabit, glossa peribit iners. Et Oeco lampadio istud à principe quodam magnanimo obiectum, glossas scilicet illum, eiusq; manipulares querere, Lutherum verò verba, & succum habere, nullo alio responso solui potuit, nisi, velle nimirum se amputatam sibi manum prius fuisse, quàm contra Lutherum scribere vnquam aliquid cepisset.

Quod ad me, vt minimum & miserrimum, & quotidie expetentem, exoptantem, & expectantem diuinæ clementiæ & auocationis horulam, attinget, cupio nullius doctrinæ, conscientiæ, fidei, famæ, aut rebus nocere.

Simplicitas, rectumq; tuum me, Christe, gubernent.

ΖΗΤΩ ΝΩΣ ΚΙΣΩΤΡΟ ΟΠΩΣ ΜΟΡΟΡ ΑΥΝΟΡ ΑΛΥΞΩ

B

Cruz



Crucem verò & exercitium exopto omnibus & singulis, qui iam maiestatem Christi scrutantur iuxta rationis humane captum, & vanis disputationum, & questionum ampullis expediri posse, & limitari gloriam assumptæ & glorificatæ in Christo carnis nostræ arbitrantur. Bonum est mihi, inquit David, quòd humiliasti me, &c. Et rectè dicitur: Non tentatus, qualia scit? Atq; hoc deesse video ijs, qui deprauatores sunt manifestæ perspicuitatis & veritatis.

Sed audiamus & legamus verba concionis à Petro habitæ, quæ in Græco textu sic se habent:

μετανοήσατε οὖν καὶ ὑπιστάτε εἰς τὸ ἔλαλθῆναι ὑμῶν τὰς ἁμαρτίας, ὅμως ἀρ᾽ ἔλθωσι καιροὶ ἀναλύξεν ἀπὸ τοῦ προσώπου κυρίου καὶ ἀποσείλη τὸν προκεκρυμμένον ὑμῶν ἰησοῦν χριστόν, ὃν δεῖ οὐρανὸν μὲν δεῖξασθαι ἀρχὴν ἡμῶν ἀποκαταστάσεως πάντων καὶ λοιπά.

Hieronymi versio: Pœnitimini igitur, & conuertimini, vt deleantur peccata vestra: vt cum venerint tempora refrigerij à conspectu Domini, & miserit eum, qui prædicatus est vobis, Iesum Christum, quem oportet quidem cœlum suscipere, [recipere] vsq; ad tempora restitutionis omnium &c.

Erasmus: Quem oportet quidem cœlum accipere.

Ex Syri Testamenti versione: Resipiscite igitur & conuertimini, vt deleantur peccata vestra, & eueniant



eueniant vobis tempora tranquillitatis à conspectu  
faciei Domini, ac mittat vobis illum, qui præpara-  
tus erat vobis, Ieschua Christum: quem oportet  
coelos excipere, vsq; ad complementum temporum  
omnium, &c.

Ex Germanica D.D. Lutheri versione omnia  
um dexterrima, & maxime perspicua.

So thut nun buß / vnd beferet euch /  
das ewre sünde vertilget werden / auff  
das da kome die zeit der erquickung / für  
dem angesicht des H & Xn / wenn er  
senden wird / den / der euch jetzt zuuorn  
geprediget wird / Jesum Christum /  
welcher muß den Himmel einnemen / bis  
auff die zeit / da er wieder bracht werde  
alles / was G Dtt geredt / etc.

Hæc igitur verba [ Quem oportet coelum acci-  
cipere ] aliter nunquam in vera Ecclesia, nisi de  
exaltatione naturæ in Christo humana, siue de ses-  
sione Christi ad patris omnipotentis dexteram,  
accepta & intellecta fuerunt, vt erudita antiquitas  
& consensus omnium sanorum comprobant: quæ  
quidem sessio non est in certū in coelo, siue in coelis  
locū collocatio, aut alligatio, sed est  $\omega\alpha\sigma\alpha\ \xi\beta\sigma\iota\alpha$   
donata glorificatæ & exaltatæ in Christo naturæ  
humanae. Ascendit enim Christus ad coelos, id est, vt  
Augustini verbis vtar, conditionem naturæ, quam



de hominum matre natus assumfit, super cœlos in dexteram Dei Patris collocavit. Dexteram autem Dei, ut Athanasius & Basilius categoricè, euidenter, ac verissimè interpretantur, non circumscriptum quid significat, neq; locum aliquem, vel inferiorem, vel physicum, qui sit spaciū continentis corporis cedentis contento, sed significat statum equalitatis, maiestatem scilicet, gloriam & honorem Dei, ad quem Christus secundum humanam suam naturam est translatus.

Damasceus lib. 4. Orthodoxæ fidei cap. 2. A dextris Dei Patris sedere dicimus Christum  $\sigma\omega\mu\alpha\tau\ \mu\omega\sigma\varsigma$ , verum non localem dexteram Patris dicimus. Quomodo enim is, qui  $\alpha\pi\delta\iota\gamma\sigma\alpha\mu\iota\theta$  est, localem habeat dexteram? Localis enim dextera & sinistra eorum existunt, quæ circumscribuntur. Dexteram igitur Patris intelligimus gloriam & honorificentiam deitatis, in qua Dei Filius ante secula existens ut Deus, & Patri  $\delta\mu\omicron\delta\sigma\iota$   $\theta$ , in nouissimis temporibus incarnatus est, & corporaliter sedet, conglorificata carne eius.

Chrysostomus Heb. 1. Sedet ad dexteram maiestatis in excelsis. In excelsis. dicens, non loco concludit Deum, sed ostendit hominem Christum omnibus altiore & eminentiore.

Idem: Ascendit supra omnes cœlos, ultra quos quoq; nihil est aliud. Hoc videlicet est potentie & dominationis ipsius.

Ebra. 7. Excelsior cœlis factus est. Hic cœlos  
non



non corporeas machinas tantum intelligimus, quibus sublimior est factus etiam secundum humanam naturam ( ut ipsius etiam Oecolampadij interpretatione utar ) quia secundum diuinam naturam exaltari non potuit, sed etiam omnes angelos & sanctos. His enim omnibus superior, in ipsum paternum solium sua carne ( nam Deus Verbum semper extitit coelis sublimior ) consedit, ut Oecumenius loquitur, & super omnes coelos, & caelestium spirituum ordines eleuatus est ad confessum paternae maiestatis, ubi nunc sedet in plenitudine honoris & gloriae, ut Primasius Augustini discipulus praecclare loquitur, non ut Deus Verbum, qui nimirum coelos omnes fabricauit, sed secundum carnem & naturam humanam, cui data iam est omnis potestas in caelo & in terra. Nam diuinitas carni contulit, quod semper Filius Dei cum Patre possedit, ut Seueriani verbis utar, qui claruit circiter annum Christi 400. Et illi, inquit Hieronymus, potestas data est, qui paulo ante crucifixus, sepultus in tumulo, postea resurrexit, id est, non de coaeterna Patri diuinitate, se de assumpta humanitate, & carne, potestas illa in caelo & in terra, & exaltatio Filio hominis data, siue ut Athanasius loquitur,  $\kappa\alpha\iota\ \tau\omicron\ \sigma\acute{\omega}\mu\alpha\tau\ \delta\epsilon\ \circ\upsilon\ \kappa\alpha\iota\ \tau\eta\varsigma\ \delta\epsilon\ \delta\omicron\tau\eta\iota\varsigma$ , intelligenda est, ut pia & orthodoxa antiquitas semper locuta est.

Verba igitur [ Oportet Christum caelum accipere ] non de corporali aliqua sede, aut loco, sed



decore, honore, gloria, & maiestate, siue de plenitudine paternae maiestatis, ut pia & erudita antiquitas, & cum hac omnes orthodoxi omnibus temporibus locuti sunt, accipimus, & in hac fide, sententia, & confessione viuimus, morimur & saluamur, scientes, carnem, siue naturam nostram à Filio Dei in unitatem personae assumptam, glorificatam, & supra omnes caelos euectam, sedere ad dexteram Patris omnipotentis, & habere omnem potestatem in caelo & in terra. Accepit enim ut homo quae habebat ut Deus, inquit etiam ipse Theodoretus, & sumpta ex nobis natura, eiusdem honoris cum eo, qui assumpsit, fit particeps, corpore non in diuinitatis naturam mutato, sed impleto diuina gloria [Dial. 2.] & cointo in vnius Deitatis perfectione, ut Epiphaniij verbis utar.

Theodoretus ex Athanasio contra seipsum, ut videtur, haec citat: Sede à dextris meis. De corpore dominico haec dicta sunt. Si enim caelum & terram ego impleo, dicit Dominus, & omnia continet Deus, nullo autem continetur, in qua non sede sedet? Corpus ergo est, cui dicit, Sede à dextris meis.

σῶμα τοῦ κυρίου Ἰησοῦ, ὃ λέγει, κάθισεν ἐκ δεξιῶν πατρὸς.

Gregor. Nyssenus Orat. 3. de resur. Domini: Quae naturaliter habebat tanquam Deus, ea accipere dicitur, ut homo, certo consilio factus. Quamobrem etiam dicebat: Pater glorifica me apud te metipsum gloria, quam habebam, &c. Nisi enim hanc propriam haberet, ut Deus, fieri non posset.

ut



vt eam tanq̄ alienam acciperet, Deo & Patre per  
Prophetam dicente: Gloriam meã alteri non dabo.

Hæc de sententia verborum Petri, breuissimẽ  
in gloriam & maiestatem Filij Dei & hominis,  
creatoris & fratris nostri sufficiant, donec fortẽ  
coãcti pluribus cum pluribus, & amicis & inimicis,  
mibi autem amicis omnibus & singulis, qui  
Christi  $\text{Ϟ θεου δεω πρ}$  Emanuelis maiestatem, &  
diuinam, siue infinitam potentiam, non duplicem,  
sed vnã, quæ est ( vt semel dicam ) diuinã & æ-  
terna, quærunt, agendum sit.

Vigilij, qui Martyr nominatur, verba hac de  
re, quæ pro explicatione loci Actor. 3. adducuntur  
sine exceptione non admittimus, in hunc modum se  
habentia: Si verbi & carnis vna natura est, quo-  
modo cum Verbum vbiq; sit, non vbiq; inueniatur  
& caro? Nanq; quando in terra fuit, non vtiq; erat  
in coelo: Et nunc quia in coelo est, non est vtiq; in  
terra, & in tantum non est, vt secundum ipsam  
Christum speremus venturum de coelo, quem se-  
cundum Verbum nobiscum credimus esse in terra.

Obstat nobis, cum quòd multa partim planẽ  
Obelisco, partim Limnisco digna idem Vigilij ha-  
beat, vt, quòd Christus non sit mediator & aduoca-  
tus noster secundum deitatem, sed tantum secundũ  
nostram naturam, interpellet pro nobis patrem &  
appellationes Iesu & Christi, non ad Deum, sed  
ad hominem pertineant, cui delirio ipse quoq;



Theodoretus contradicit: tūm quōd Christum se-  
cundum naturam humanam assumtam & glorifi-  
catam, certo cœli loco alliget, & formam serui à  
nobis ablatam, vt ipse loquitur, quæ tamen nunq̃  
vt seruilis forma in cœlum translata est, à nobis  
planè absentem esse, ideoq̃, quod inde vesani homi-  
nes colligunt,  $\sigma\omega\mu\alpha\tau\iota\mu\grave{\eta}\ \pi\acute{\alpha}\delta\sigma\iota\alpha$  Christum in cœ-  
na sua, nec omnipotentie, nec veritatis sue ratione  
esse vel posse, vel velle, fingat. Nam quod ait, Chri-  
sti carnem loco contineri, in doctrina cum potenta-  
tia & maiestatis Filij hominis, tūm Cœnæ Domi-  
nicæ, verum esse nec potest, nec debet. Etsi enim cor-  
pus suam  $\pi\acute{\alpha}\delta\iota\gamma\sigma\alpha\phi\lambda\omega$  retinere dicatur, & pro-  
prietates suas essentielles: tamen exceptio semper  
in ijs prerogatiuis,  $\tau\acute{\alpha}\upsilon\tau\epsilon\ \acute{\alpha}\ \pi\acute{\alpha}\delta\iota\gamma\sigma\alpha\phi\lambda\omega$  & hy-  
perphysicis, quas sacra scriptura corpori, siue hu-  
manæ toti naturæ in Christi persona tribuit, præ-  
ponderat meritò.

Contradicat autem Vigilus sibiip̃si, dum ex  
Chrysostomo verba citans [Cognoscamus quæ na-  
tura sit, cui dixit: Sede ad dexteram meam, & esto  
meæ particeps sedis? illa nimirum, quæ audierat,  
terra es, & in terram ibis] naturæ in Christo hu-  
manæ ascribit sessionem ad dexteram, id est, maie-  
statem diuinam, & vniuersum imperium in omnes  
creaturas, & tamen audet sine discrimine & ex-  
ceptione, præsertim doctrinæ de Cœna Dominica,  
in qua iuxta institutionis verba ubiq̃, vbicunq̃, illa  
in Ecclesia administratur, Christus corpore &  
sanguine



sanguine suo adest presenti, & per manum ministri eadem vescentibus pane & vino porrigit, communicat, & distribuit, Christi corpus, siue potius naturam in Christo humanam loco cæli alligare, quam tamen dicit, in dextera magnificentiae Patris sedere.

Nobis Catechismi verba, quæ in Ecclesijs & scholis Misnicarum regionum, & alijs multis in locis adhuc Dei beneficio sonant, loco confessionis esse debent.

ὡσπερ ὁ ἦὸς θεὸς ἐνανθρωπήσας καὶ παθὼν τῆς σαρκί, καὶ ἀναστὰς ἐκ τῶν νεκρῶν, ἀναληφθεὶς εἰς οὐρανὸν κάθηται ἐκ δεξιῶν πατρὸς παντοδύναμος ἀληθινῶς μὲν καὶ χωρὶς πάσης ἀλληγορίας τε καὶ ὑπονοίας καὶ πλάσεως διανοητικῆς, οὐκ ἐν περιγραφῇ δὲ λόγων ἢ λογισμῶ ἀνθρώπων, ἀλλ' ἄχωρίτως τε πάση κλίσει, καὶ ἀνεκδιηγίτως τῆς φράσει, καὶ ἀκαταλήπτως τοῖς νοῖς τῶν ἀνθρώπων, οὕτω καὶ τὸ σῶμα καὶ τὸ αἷμα Ἰησοῦ χριστοῦ, διαδίδονται ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ καὶ τῷ κυριακῷ διάταξι, ἀτρεκῶς μὲν καὶ τοῖς οὐσί, οὐ τροπικῶς ἐχηματισμῶς τῶν ἔχημάτων νοσημῶν, ἀλλὰ ἐνδοκινῶν ἀπλῶς τὸ σημαίνον μῆνο.

Γίνεται ταῦτα οὐ πλασῶς οὐδὲ τυπικῶς ἢ γοῦν τροπικῶς καὶ ὑπονοίαν τινὰ, ἀλλ' ἀληθῶς καὶ τῶν ἔχημάτων.

B 5

Id est:



Id est, vt autor ipse reddidit :

Quemadmodum Filius Dei homo factus est, & passus carne, & resurrexit ex mortuis, & assumptus in coelum, sedet è dextris patris omnipotentis, reuera, & sine omni allegoria atq; commento, & ficta animi intelligentia: non tamen ille circumscriptus loco, aut cogitatione humana, sed ita vt capere vlla creatura, & effari elocutio, & comprehendere mens hominum nequeat: Sic & corpus & sanguis Iesu Christi, distribuitur in Ecclesia secundum ordinationem dominicam, verè quidem & re ipsa, non tropica aut figurata verborum significatione, sed iudicio simplicis significationis, &c.

Et paulò post :

Hæc non fiunt fictè, aut figuratè, tropico quodam commento, sed verè secundum verborum intelligentiam.

Ex his, quæ breuissimè notauimus, manifestum fieri omnibus potest, glossam & versionem istam peruersam [ Christum cælo capi ] analogiæ fidei è diametro repugnare, & improbari meritò, multis, ijsq; grauissimis de causis, quarum paucas plenius & diligentius pio lectori, veritatis & simplicitatis amanti considerandas subijciemus.

Prima est, proprietates sermonis in omni lingua. Quis enim vnquam hunc sensum inde eliciat, quando legimus [ Prædicatus est Christus, quem oportet cælum accipere, &c. ] vt ordine transposito verborum, & mutato, amphibologiam fingens temerario



merario ausu affirmet, coeli vocabulum poni loco  
subiecti, cuius sit quasi officium, vt Christum capiat  
at & contineat? atq; ideo dicendum esse, Christum  
caelo capi, id est, caelo contineri? Apollinis ne ora-  
cula, & Sibyllae folia in sacris literis, & euidentia-  
bus testimonijs quærimus?

Secunda igitur causa est. Veritas & maiestas  
linguae sacrae, cui tales ex tripode & inferis re-  
uocatae flexibilitates affingendae non sunt.

Tertio, manifestum est, versionem istam passiuam  
tantum usurpari ad stabiliendum delirium de  
localitate, siue corporali locatione, cuius testimo-  
nia nulla extant in sacris literis. Potentia enim  
Christi Filij hominis, sedentis ad dexteram Patris  
omnipotentis, longè maior est, quàm vt localitatis,  
aut corporalis locationis noua & periculosa vo-  
ce eludi, & eneruari, & certo caeli loco astringi,  
& eodem capi, terminari, & contineri possit. In  
ignominiam igitur & contumeliam glorificatae in  
Christo humanae naturae, sedentis ad dexteram pa-  
tris, versio ista cedit.

Quarto, omnium sanorum fides & conscia  
entia isti versioni contradicit, sicut Tigurini ea-  
de causa modestiores esse videntur, dum Christum  
caelo capi, aliorum, non suam interpretationem  
esse dicunt.

Quinto, versio ista excogitata nuper, &  
vniuersae antiquitati, nostrisq; Ecclesijs & scho-  
lis haectenus ignota, ad Coenae Dominicae depra-  
uationem



uationem, & negandam veri corporis & sanguinis Christi praesentiam & participationem naturalem, directa est, & confirmat Sacramentarium portenta.

Te oramus Fili Dei, Domine noster IESU Christe, vt nobiscum sis & maneas, & omnipotentiam & veritatem tuam asseras, & corda nostra ad gloriam & laudem tui nominis, vnias, sanctifices & conserues nos in agnita semel veritate & confessione doctrinae, & fidei simplicis, candidae, & incorruptae, nec patiaris nos dimoueri vlllo metu, aut periculo à veritate verbi tui, & ab huius meditatione & gemitu, vt David loquitur.

VVolfferbyti, calend. Maij,  
Anno 1571.

MATTHESIVS Dominica  
2. Aduentus.

Der Herr Jesus muß den Himmel einnehmen / Das ist / Er muß zur rechten Gottes an allen Orten sitzen vnd regieren / in einem Himmlischen / Geistlichen vnd vnsichtigen wesen / bis auff die zeit / da herwieder bracht werde alles / was Gott geredet hat.

DISPV



Disputatio Grammatica, de  
loco Actor. 3.

OPORTET CHRISTVM COE-  
LVM ACCIPERE.

VVitebergæ scripta & edita contra  
D. Nicolaum Selneccerum.

Vnâ cum breui & necessaria ἰδολογίᾳ responsi-  
onis, qua D. Nicolaus Selneccerus vti  
posset ad schedas istas, quibus  
nomen est præscriptum  
nullum.

IOHAN. 1.

Veni & vide.

ESA. 52.

Assur absq; causa calumniatus est eum.

1. PET. 4.

Nemo vestrum patiat<sup>r</sup> quasi homicida, aut  
fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor. Si  
autem vt Christianus, non erubescat, glorificet au-  
tem Deum in isto nomine.

DIS



DISPUTATIO  
GRAMMATA  
TICA

De interpretatione Græcorum  
verborum, Act. 3.

ἰσοῦν ἕξιν ὅμ δὲ οὐρανὸν δέξασθαι.

Complectens ἱστολογίῳ Responsio  
nis, qua Collegium Theologicum  
Academiae Vvitebergensis vti posset  
ad chartam de his verbis superis  
oribus diebus editam, cui  
nomen est præscri  
ptum

D. NICOL.  
SELNECCERI.

IOHAN. L.

Veni & vide.

Tenet insanabile multos, scribendi  
cacoëthes.

Quo



**I**nfra patebit, qualis hæc sit Grammatica.

Si disputare sit calumnias modò  
Effingere, & Iudæ nepotis scommata.  
Audire: sycophanta primas auferet.

Ἰσοῦν ἄριστον ὅμ δ' ἔσ' οὐρανὸν μου δέξασθαι  
Non enim omittendæ sunt particulae, quæ obstant  
peruersæ sententiæ.

Nunc ἰστολογίου veram τῆ ἰστολογίᾳ  
mendaci opponere possum. Paralepsis autem  
ostendit causam admodum esse morbidam, & in-  
digere physico, & candoris esse expertem, ideoq;  
in portu impingere.

Apocal. 22.

καὶ ἔρχομαι ταχὺ ἄμην Veni, vidi,  
vici, inquit Filius Dei, qui in pijs habitat & regna-  
nat, & cui vt seruatori tertium relinquimus.

Vtinam istud κακόκριτος non inuasisset nouum  
scriptorem. De meis autem opellis, vt semper affir-  
maui, ita idem nunc affirmo, me illas subijcere iu-  
dicio eruditorum & piorum virorum, qui si vitu-  
perio ea, quæ interdum annoto, hoc est, quæ didici,  
digna censuerint, tantum abest, vt malè à me facere  
dicantur, vt etiam debere me illis gratias ingentes  
agnoscam.



Quo morbo se etiam laborare ostendit  
amicus noster, qui nuper chartam  
f edidit de verbis Lucæ 3, expressam  
Henricopoli, sicut est adscriptum, ad  
Gvelphorum arcem. Quæ huc est al-  
lata eo ipso die, quo ante annū publice  
in hac Academia Theologiæ Doctor  
est



agnoscam, iuxta Dauidicum illud: Percutiat me  
 iustus, in misericordia, & increpet me, id erit mihi  
 oleum preciosum. Et Prouerb. 27. Meliora sunt  
 vulnera diligentis, quam fraudulenta oscula odien-  
 tis. Addo autem hoc etiam: Etiam si ipse agno-  
 scam tenuitatem laborum meorum, & siue legan-  
 tur, siue aboleantur scripta mea, modò veritas ma-  
 neát, non curem: tamen, vt Clementis Alexan. ver-  
 bis vtar, ridiculum fuerit, eorum, qui sunt boni ac  
 studiosi, scriptis repudiatis, alios, qui tales non  
 sunt, admittere. Sed fabulatoribus, maledicis, im-  
 pijs, & turpia scribentibus, qualis hic est meus di-  
 sputator, concedenda est scribendi potestas, ei au-  
 tem, qui veritatem prædicat, prohibendum est po-  
 steris utilitatem relinquere? Deinde memini ante  
 annos quindecim voce viua & scriptis epistolis me-  
 à V Vitebergensibus, D. Maiore & Peucero impri-  
 mis, instigari ad editionem eorum, quæ scripsissem,  
 prædicariq; ab ijsdem mea ieiuna scripta, tanquam  
 (vtor enim verbis ipsorum) utilia & maximè ne-  
 cessaria Ecclesie. Nunc igitur quæ Metamorpho-  
 sis animorum, & inconstantia?

τὸ ἴσως ἀνδρὶ μὴτ' εἶλω φίλῳ, f  
 μήτε ξωεῖλω, ὅσις αὐτάρκη φρονεῖν  
 πέποιθε δ' ἄλλος τὸς φίλος ἠγάμων.

Huiusmodi ne contingat amicus.  
 Neq; contubernalis, qui se satis multa sapere  
 Sibi persuadet, & pro seruis amicos æstimat.

C

μέγισ

tenā  
 tam  
 Tam  
 , ad  
 t al  
 plice  
 ctor  
 est



gest renunciatuſ & veritati, & Collegio fidem iuratam dedit obligatuſ & huic & Academiae, atq; hiſ etiam terris, & Principi harum, antea, eo modo, quo ſcit.

Sed hoc vno anno tribuſ ſcriptis, contra exiſtimationem & dignitatem noſtram, & quietem publicam editis, demonſtrauit, ſe eorum, quæ debet, minus meminiffe, & pertuliſſimus primam, etiam alteram iniuriſſam patienter, & diſſimulauiſſimus iuſtiſſimum dolorem noſtrum. Nunc cum tertio hoc facit, non debemus eum male docere amplius patientia vel lenitudine potiuſ noſtra, idq; non tam noſtra, quam rei Eccleſiaſticae & publicæ cauſſa. Atq; de primo & ſecundo ſcripto nihil dicimus in præſentia, de quibuſ tamen, ſi voluerit, explicabimus ei, quam fidem in illiſ præſtiterit Deo & hominibuſ. De hoc tantum tertio quale ſit breuiter monebimus.

Edita



Μετὰ τὸν βωμὸν φίλῳ ἱερῶν. Veritati verò ὁ  
 fidem iuratam seruavi, seruo, & seruabo, quo ad  
 vixero. Præterea nullius addictus iuravi in verba  
 vagantis. Et Academiæ obligatum me esse usq; ad  
 aras profiteor. Nam ara Christi limes est.

Primum scriptum Exegematis titulo ad tuenda  
 dam existimationem & dignitatem V Vitebergen- ta  
 sium, & quietem publicam, ac auertendas suspicio-  
 nes omnes prodijt. Τὸ πρῶτον ὁ Θεὸς. Illud  
 optimo animo, & optima fide & conscientia fa-  
 ctum est. Et iudicium volo esse penes optimos  
 quosq;. Et scripsit ipse Pastor V Vitebergensis  
 nomine suorum quoq; Collegarum ad me, cum ipse  
 nonnulla significassem, quæ de Censura, quam  
 nondum videram, missa ad illustrissimum Electro-  
 rem, spargerentur, hunc in modum: Lectis tuis  
 literis mirati sunt Collegæ, memores & amicam  
 & honorificam perpetuo tui mentionem à se fa-  
 ctam, & in priuatis colloquijs commiserationem  
 potius tui, quàm Censuræ seuerioris iniquitatem  
 vlla ratione ostensam, nisi quòd tu bono proculdu-  
 bio fecisses studio, id prætermissum abste illi malle  
 se significarent. Proinde nostrum te esse & precibus  
 nostris commendatum nobis certo statuas, &c.  
 Hoc responso acquieui, nihil mali amplius sus-  
 picans, cum præsertim ipse quoq; Dominus  
 D. MAIOR senex in has terras veniret,  
 C 2 mecumq;



mecumq; per triduum esset, & Exegematis mei mentionem sinistrè faceret nullam: donec tandem elapso inde mense ferè integro, Censuram longè ante responsum D. Pastoris, & aduentum D. Maioris, scriptam de Exegemate illo meo ad illustrissimum Electorem, ab amicis acciperem, & quo candore à quibusdam ageretur, intelligerem. Exstat autem Exegema, de quo vniuersæ Ecclesiæ Christi, iudicium permitto: Atq; hoc primum scriptum est, quo sibi quidam iniuriam nescio quam factam esse fingunt. Quod verò ad literas Theologorum antea respondi prolixè, id nunc repetendum esse omninò censeo? Exegesi non efficti, sed habiti colloquij ( vt in vestibulo vestri scripti euidenter testamini & affirmatis ipsi ) tantummodo ad eum finem iussus scripsi, non vt iniuria vos, præceptorum, compatrem, & amicos afficerem, neq; vt non candidè vobiscum agerem, sed vt assererem vestrâ famam, & innocentie fidem, & concordie salutaris quasi foedus aliquod, sublata in posterum suspicione multiplici & varia, pro virili confirmare studerem. In eo si erraui, & tam nefariè, vt vestra Censura scripta ad synedrion illustrissimi Electoris Saxonie, Domini nostri Clementissimi, de me tanquam hoste, mendace, leui, falsificatore, contumeliosissimè fingit, peccaui, fateor me operam & oleum perdidisse, & littori locutum esse. Quæsiui pacem & tranquillitatem, & concordiam piam & salutarem, & vestri nominis dignitatem, ac  
obtinui



obtinuei maxima ex parte, quod quaesivi, nulla cum  
iactura existimationis meae, nisi forte apud inui-  
dos & maleuolos, quorum iudicia magnifacere  
nec soleo, nec debeo. Et quid voluerim, testatur  
prima inscriptio, doceri nimirum manifeste, Aca-  
demiae & Ecclesiae VVitebergensis Doctores &  
Professores, doctrinam D. D. Lutheri constanter  
retinere, & cum omnibus recte sentientibus &  
docentibus Ecclesiis pium & sanctum consensum  
tueri, &c.

Secundum scriptum quod intelligant, ignoro.  
Priuatim ad socerum meum D. Danielem Greife-  
rum Superintendentem Dresdensem scripsi iusti-  
simo dolore motus, cum iam Censuram accepissem,  
& passiuam versionem loci Actor. 3. de quo hic  
Grammatica Disputatio instituitur eo modo, quo  
videbimus, in Catechesi legissem. Hoc si volunt  
esse secundum scriptum, quod per me certe diuul-  
gatum non est, qui nemini, nisi vni, viro nobili, bo-  
na fide, vt mihi redderetur, illud communicavi,  
non repugno ipsorum numerationi, neq; sententiae  
contradico. Vehementiam autem iustissimam  
extorsit iniuria, de qua iam dictum est.

Tertium vero, quod exagitandum suscepe-  
runt schedae tres, scriptum, est commonefactio de  
C 3 loco



loco Actor. 3. Oportet Christum coelum accipere: ita composita, ut nemini nocere, prodesse autem multis, & ad circumspeditionem incautos hortari, & eos, qui aliquid monstri alerent, impedire possent. Quare superioribus diebus, antequam edita esset haec Grammatica Disputatio, cum ad me, tabellario ablegato, de commonefactione illa Theologi scripsissent, his verbis ad literas respondi: Legi Tigurinorum responsionem ad Testamentum BRENTII: legeram antea versionem Castalionis & Bezae. His accessit, pro dolor, Catechesis vestra, locum illum eodem modo, quo Castalio & Beza, & Tigurini vertunt, allegans. Accipio & scripta priuata de eodem loco. Et quomodo illi omnes versionem istam intelligant, & quid inde extruant, praesertim in doctrina Coenae Dominicae, vobis ignotum esse non potest. Necessario igitur, his praesertim in locis, commonefactionem breuem scripsi, non ut vos suggillarem, & contumeliosissime traducerem, ut quidam contumeliosissime fingunt, sed ut monerem abstinendum esse a peregrinis versionibus, quae suspicionibus vacare non possunt, & acquiescendum esse in doctrinae simplicitate, & dexteritate, exposita scriptis LUTHERI & PHILIPPI, & in primis in Corpore Doctrinae, quod etiam Ecclesiae huius illustrissimi Ducatus commendauit. Si nihil aliud, quam quod scribitis (Christum etiam post glorificationem habere verum

cora



corpus, &c.) phrasi ista intelligitis, salua res est,  
& vobiscum nec mihi nec alijs recte sentientibus  
negocium esse debet, id quod etiam de innocentia  
vestra publice testari possum, si opus sit. Cum  
ceteris igitur, qui ex ista longius & impie detor-  
ta phrasi extruunt portentosa opinionum de locali-  
tate fixa adeo, vt Christus suo vero corpore nec  
in Coena, nec alibi esse possit, mihi, quod ad pagel-  
lae meae defensionem attinet, negocium deinceps  
erit. Oro tamen propter gloriam Dei, vt deinceps  
cautius agatis, ne Ecclesiae vulnera augeantur  
& crescant, &c.

Ex his iudicent honesti & pii animi, num iu-  
sta causa à me vlla ratione data sit, tam atrociter  
insurgendi aduersus me insontem, & periculosi-  
simam discessionem, vt vsitate loquimur, siue ru-  
pturam, & confractionem, vt David loquitur,  
insano quodam furore, causandi, & πόλεμον  
ἀκρίβειαν ἡμῶν ἀποδοῦναι mihi inferendi. Iu-  
dicet Dominus inter me & disputatores istos, qui  
si in tota vita aliquod malum, animi dolore supe-  
rante ferè vires animi & corporis tuli, certè hoc  
est, quod respondere cogor modo eo, quo necesse  
est, ijs, quos veneratus sum semper sincera animi  
subiectione. Sed fiat voluntas Domini, & in  
auctoris caput culpa & poena tandem recidat.



i Edita est in hac schola a Collegio  
Theologico superioribus mensibus  
pio & religioso studio, atq; necessa-  
rijs etiam de causis, Catechesis doctri-  
nae Christianae, in qua repetitur ex-  
plicatio capitum Christianismi.

ijis omnino verbis, quae sunt in  
k Corpore doctrinae, & nullis alijs, ut  
nihil sit in toto libello nostrum, praes-  
ter operam colligendi & transcriben-  
di, atq; contrahendi in breuius: quae  
alibi prolixè exponuntur.

Hanc occasionem arripuit, in qua  
l se exerceret malevolentia, odium,  
&



Mihi sumere hoc nolo, vt pronunciem, quo i  
animo & consilio edita sit Catechesis ista. Memini  
autem ante aliquot annos D. Pauli Eberi autorita-  
te, dum viueret, grauißimas ob causas impediri, vel  
scriptionem, vel editionem noui Catechismi.

Vbi sint in Corpore Doctrinae haec verba: k  
Oportet Christum caelo capi, & quæ de corpora-  
li locatione attexuntur, non video, qui Corpus do-  
ctrinae & legi antehac, & diligenter lego, & ha-  
rum terrarum Ecclesiis quoq; deposui & commen-  
davi, meq; scriptis illi inclusis docendo conformem  
esse affirmo. Quod si verba Corporis Doctrinae  
retineret disputator, praesertim in doctrina ~~hæc~~  
~~δείπνῃ κρηκῆ~~, ex Apologia (vt omnis suspi-  
cio auerteretur) iam profectò non laboraremus.  
Cur autem illud factum non sit, dicam quod res est,  
multos pios & doctos ita prorsus sentire, & lite-  
ris suis nobis significare ex loco illo ipso, ex quo  
disputator prodijt, hoc quasi præambulo siue præ-  
ludio primum lapidem aut gradum positum esse,  
super quem aliquantò post Calvinici dogmatis  
paradoxa minore cum periculo à quibusdam ex-  
truantur.

Ad istam accusationem respondeant ij, qui no-  
tantur. Eorum enim omnium, quæ importunè hic  
inseruntur, me conscium nequaquam esse, illos  
C 5 ipsos



& *αὐθιγία* aduersariorum, vel hostium  
potius huius Scholæ, & veritatis atq;  
quietis publicæ quorundam, tam  
Flacianorum, quam aliorum, quos  
huius nominis & factionis pudere  
incipit. Ex his igitur in eam Cate-  
chesin nostram, aliqui furioso impe-  
tu tanquam canes in saxa quibus pe-  
tuntur, cum latratu, aliqui etiam  
*λαθροδυνταί* irruerunt, & alius hoc,  
alius aliud reprehendit, aliqui cum  
quid reprehenderent non repe-  
rissent, suspectum tamen hoc &  
illud reddere interpretando conati  
sunt, etiam de suis suspicionibus si-  
miles commouere alijs, vt sicut qui  
per vitra picta intuentur aliquid,  
idem videretur alijs quod ipsis. In  
quo tamen hoc bene cadit, quod ip-  
<sup>m</sup>si se produnt, odio nostri & harum  
terrarum non veritatis studio villo se  
facere, quicquid faciunt.

Quæ



ipſos, nolint velint, qui hæc ſcripſerunt, teſtari oportet. Et χέτλιον & mendacem eum eſſe dicere poſſum, qui notam iſtorum iniurere mihi conatur. Accuſari autem abſq; discrimine, & damnari, ac Flaccianos proclamari, eos omnes, quibus Catecheſis iſta per omnia non placuit, auditu iucundum eſſe non poteſt, cum Eccleſiæ multæ iniuriam iſtam ut ferant, dum non didicerint. Extat iudicium Eccleſiæ Hallenſis: Cenſuræ item Eccleſiarum in ducatu Brunouiceniſi omnium: Reipublicæ & Eccleſiæ itidem Brunſuiceniſis: Eccleſiarum quoq; in ducatu Lüneburgeniſi, & aliarum Eccleſiarum multarum iudicia extant, quæ nauici facere omnia, & mendacij arguere, & contemnere poſſe, cum præſertim in ipſa Miſnia & Thuringia accedant, querelæ, indignationes, & lacrymæ multorum piorum ſenum & miniſtrorum verbi diuini, mentis non ſatis ſanæ, nedum pietatem & concordiam ſouentis, eſſe poteſt.

Quo ad me attinet, μαρτύρομαι ἀδανάτοιο  
δεῦρ' ἔργα καὶ τὸ κελαινὸν ἡμᾶρ, me alienum <sup>ne</sup>  
ob omni odio habere animum, & cum amare Academia  
omnium Chriſtianarum Academiarum  
hactenus quaſi metropolim, de toto orbe terrarum,  
uiuentibus Luthero, Philippo, Iona, Pomerano,  
Crucigero, Förſtero, & alijs, optimè meritam,  
tūm profeſſoribus, qui iam ſunt, policeri omnia illa  
officia, quæ promitti ab homine candido, doctrine  
ſanæ



Quæ enim hæcenus in libris Cor-  
poris Doctrinæ inuadere ausi non  
sunt, ea nunc postquam nos transcri-  
pta inde edidimus, inuadere primum  
incipiunt, cum si pro falsis & pietati  
contrarijs habuissent, iam pridem illa  
in alijs damnare debuissent, apparen-  
te adhuc τα κόρυδι προσώπιδ. Atq;  
ita simul, quid huius sit, aut alterius,  
nouum aut vetus, orthodoxum aut  
hæreticum se neq; scire, neq; agnos-  
cere ostendunt, cum tamen iudicijs  
um sibi Critici isti sumant de omni-  
bus, quasi Censores quidam orbis  
terrarum, Antiquitatis etiam piæ &  
\* Orthodoxæ, & Martyrum Christi,  
iniquissimi, vt erga nos eos tales esse  
minus sit nobis dolendum. Aliqui  
etiam ex accusatoribus illis furiosis  
compellati de ijs, quæ in concioni-  
bus publicis aduersus nos declama-  
runt, negare ausi fuerunt priuatim  
ea, quorum tota concio aduersus ip-  
sos testis est. Ita maledicentia illa  
ipsa se in hominibus leuissimis & va-  
nissimis refutat, & quid constantiæ  
in

far  
cer  
cra  
tur  
sti  
e  
cu  
leb  
pro  
tate  
ipst

iaet  
vel  
zia  
mar  
ran  
tium  
qui  
hona  
licet  
pten  
sint  
Cum  
sint



sane & pietatis amante, possunt atq; debent, modo  
certum sit, ipsos Lutheri vestigia sequi, & in Sa-  
cramentariis erroribus, ( de his enim nunc agi-  
tur ) id est, in localitatem physicam corporis Chri-  
sti & extenuationem potentiae datae & acceptae,  
& in absentiam veri corporis Christi à coena, ubi-  
cunq; hæc in terris iuxta institutionem Christi ce-  
lebratur, non delabi & consentire. Vitam etiam  
pro VVittenbergicæ Ecclesiæ & scholæ incolumi-  
tate, ut, si opus sit, amittam, paratus sum, modo  
ipsi integritatem, doctrinæ inuiolatæ tueantur.

Antiquitas pia & orthodoxa sæpè quidem  
iactatur, nominatim verò allegatur vel rarissimè,  
vel nunquam etiam, vel nimis perperam, ut ex Na-  
zianzeni allegatione infra manifestum fiet. De  
martyribus & innocentibus hominibus, qui à Ty-  
rannis crudeliter tolluntur, & persecutiones pa-  
tiuntur multipliciter, nemo est, nisi ferreus sit,  
qui non ex animo & commiseratione Christiano  
homine dignissima honorificè sentiat & loquatur,  
licet aliqui in doctrina de Coena malè eruditi, pro-  
pter quam etiam vitam non finiunt, digni etiam  
sint commiseratione potius, quàm reprehensione.  
Cum illis etiam, & de illis, cum aliter instituti non  
sint, actio & quæstio nulla iam est nobis, sed de  
infor



In alijs ab ipsis expectandum sit vñ  
numquamq; hoc modo docere possunt.  
Sed quid domestici & externi  
alij fecerint, aut faciant, nunc non  
agitur.

n In Selneccero autem quomodo  
Ἰσοκράτης nos exerceat, queri nece-  
sse habemus coacti ipsius culpa, cum  
de homine secus videamur meriti,  
&



informatoribus & capitaneis ipsorum, & de te  
Disputator Sacramentarie, socijsq; quos habes  
tuis, à veritate dudum agnita, deflectentibus, que  
ritur, qualis nimirum sis, vt sciant Ecclesiæ no-  
stræ, quid deinceps statuendum.

Ἐὐδαδελφίαν nullam ego agnosco, nullam  
committo, nullam fateor. Et coram Deo & homi-  
nibus protestor de manifesta iniuria & calumnia,  
quæ dextera sua me capillis præhensum rapere se-  
cum, & pugnis, calcibus, unguibus, morsu impetere  
& deformare conatur. De Ἐὐδαδελφίᾳ autem  
queri necesse habeo, vt iudicia de meis laboribus  
peruersissima, & concionibus, & Censura, ac hæc  
ipsa disputatio edita, dum tabellarius ad me able-  
gatus abest, & sermones studiosorum, qui calum-  
niosa iudicia, & minas audiuerunt, & retulerunt,  
testari possunt, Ἐὐδαδελφίᾳ οὐδέτις φίλος.

Cum de homine secus videamur meriti ] Qui  
velint isti, nescio. Præstiti fidem, quam debeo.  
Reuerenter sensi de ipsis. Officia ijsdem mea,  
ἄβλητα μὴ καὶ οὐδενόσωρα πιστά δέ, detuli,  
& me semper talem exhibui, qualem discipulus  
erga præceptorem, Filius erga Patrem, & ami-  
cus erga amicum, corde, ore, & opere exhibere  
& gerere se debet, teste Deo, & mea conscientia,  
& omnium bonorum rectè iudicantium calculo,  
quemadmodum etiam nuper significavi, cum de  
huius disputationis editione nihil mihi constaret,  
hisce



o & parcere ei cuperemus, si per ipsum  
liceret.

In Catechesi igitur nostra ponitur  
interrogatio, & responsio quædam  
his verbis:

*Vbi extat confirmatio Articuli de Ascen=  
sione Christi ad cœlos?*

RE

Actor. primo describitur historia  
Ascensionis, Videntibus illis eleua=  
tus est, & nubes suscepit eum ab ocu=  
lis eorum. Et Actor. 3. Oportet  
Christum cœlo capi vsq; ad tempora  
restitutionis omnium. Intelligitur  
p autem ascensio vt sonat litera, & de  
corpore, & de corporali locatione.  
Ascensio fuit visibilis & corporalis.  
Et



bisce nimirum verbis: Ausim affirmare, nihil potius sub sole post animæ meæ salutem mihi curæ, quam vestri nominis integritatem & incolumitatem fuisse, neq; vnq; mihi persuadere vllum potuisse, dissensionis alicuius saltem suspicionē, nedum mutuam nostri accusationem inter nos aliquando orituram esse.

Cui inimici pepercerant, inuentus est amicus,  
qui ei mortem afferret.

Quod ad corporalem locationem attinet, vt semel & breuiter ista expediam, nuper ita V Vitebergam ad Theologos scripsi: Cum dicitur, ascensionē Christi ad cœlos, de corporali locatione intelligendam esse, hæc vox non simpliciter improbatur q; ad corporis veri substantiam, ἡγὼ τῆς ἰσχυρίας attinet, (sicut D. Philippum, beatæ memoriæ, præceptorem intellexi) sed ista τὸ πῶθεν ἵα articulum ascensionis satis pro veritate & dignitate rei in Ecclesia explicari posse, & ista quasi fraude aliqua maiestatem & potentiam corporis, siue humanæ naturæ in Christo extenuare velle, & vt finitum corpus est, ita etiam finitam potentiam fingere, non delirium tantum, sed blasphemiam esse dicimus. Et adhuc recordor vocis cuiusdam dicentis: **Man wolle Christum zu hoch heben.**  
D Sursum]



Et semper ita scripsit tota antiquitas,  
Christum corporali locatione in alio  
quo loco esse, ubicumque vult, & a  
gencio corporalis facta est sursum.

Hunc locum arripuit D. Selnecker  
seri Censura.

Atque



*Sursum* ] Si simpliciter hic articulus de corpore q  
porali & physica locatione est accipiendus, ( id  
quod, vt dictum est, de proprietate & forma veri  
corporis non negatur ) quo in loco, vt nuper qui  
dam querebat, sursum ne, an deorsum Christi corpa  
pus erit respectu Antipodum, & quis situs erit, si  
physicis tantummodo speculationibus inniti velt  
mus? τοῖς σώματι ἔσθον.

Ego planè nihil arripui. Et Catechesis à Ru  
elio bibliopola mihi missa, seposita est à me, & per  
me in nullius hominis manus peruenit, donec tan  
dem aliæ Ecclesiæ, accedente magistratus auctori  
tate, iudicium quoq; meum exquirere, quod de  
negare ipsis nec volui nec debui, alioqui ad tacen  
dum, & sepeliendum infelicem conatum, promptis  
simus. Et cum ea de causa conuentus instituere  
tur Theologorum & politicorum, & legerentur  
iudicia aliarum Ecclesiarum de Catechesi ista, &  
à me, vt sententiam exponerem meam, peteretur,  
& vt scriptum etiam adornarem, quo, quid sentia  
rem, ostenderetur, integrum certè mihi non fuit,  
V Vitebergam vt primùm conferrem me, & num  
magistratui obtemperandum, dicendumq; , quod  
verum ac rectum esset, explorarem. Commonefa  
ctionem igitur scripsi de loco Act. 3. de quo iam  
controuersia orta est. Ea prælecta, de voluntate &  
sententia omnium, typographo tradita est. Cumq;  
propter necessitudinem, quæ cum meis, disputatore

D 2 nimis



Atq; ita & criminose, & suspiciose  
se aduersus hæc disputat, vt iugulum  
petere videatur eorum, quibus fi-  
dem, dilectionem, & venerationem  
se debere non ignorat.

Totam



nimirum hoc, & huius socijs, meis, inquam, censo-  
ribus mihi erat, his in locis suspicione oneratus  
essem multiplici, qui defendissem eos semper, veri-  
tatis tandem rationem habere volui, ne amicis il-  
lam postponere viderer.

Penes pium lectorem sit iudicium, qui nemi-  
nem perstrinxi, & cum veritatis oratio sit sim-  
plex, simpliciter monui, abstinendum esse à pere-  
grinis phrasibus & versionibus, quæ nostris Eccle-  
siis & scholis ignotæ essent. Iugulum autem quod  
petiisse dicor, facile crediderim eos, qui sibi iam  
diu occultati mali in re Sacramentaria, ut huius  
disputationis scriptor, & qui ab eo quodammodo  
pendent, conscij sunt, non posse aliter sentire aut  
loqui, quàm peti iugulum, cum quis scapham sca-  
pham dicit, id est, qui ipsos, quod res est, cum Cal-  
uinistis colludere, & consentire affirmat, id quod  
ex epistolis multis & actionibus institutis, quibus  
interesse me oportuit, edoctus affirmo, quamvis  
reticere illud maluissem, si per ipsos licuisset. Nec  
dubium est, ut boni cuiusdam VVitebergensis ver-  
ba recitem, quin quod sentiunt, & iam arte occul-  
tant, id multò manifestius & sine inuolucris pro-  
fessuri essent, si per Principem Electorem liceret,  
siq; periculi metu non deterrerentur. Hæc autem  
non de Ecclesia & Academia VVitebergensi di-  
co, cuius confessio in scriptis Lutheri extat, sed de  
paucis quibusdam, qui autoritate pollent, & ibi-  
dem freno quasi suo coercent alios, & interdum



**• Totam quidem Saxoniam infe-  
riorem contra nos excitare dicitur.**

**• Colludens cum Flaciano Tribu-  
no vicino, quem Classici hulus soci-  
um habet, vel Magistrum etiam.**

**Hoc**



aliter loquuntur, quàm sentiunt, interdum aliter  
sentiunt, quàm loquuntur, atq; ita suspensos ma-  
gistratus & aliorum animos detinent, vt incera-  
tum sit, quid nam & quales, frigidi ne, an calidi,  
ἢ οὐτε ψυχροί, οὐτε ζεστοί, ἀλλὰ χλιαροί  
sint. Oramus autem Dominum nostrum Iesum  
Christum, vt magistratum diu seruet incolumem,  
& superstitem, vt conatus quorundam repri-  
mantur, Ecclesiae & posteritati perniciosi.

Ego verum amo, verum volo mihi dici, menda-  
cem odi. Testimonium autem innocentiae, & quie-  
ti meae ipse Princeps meus, Consiliarij, nobiles, au-  
lici, Theologi, & Ecclesiae harum regionum dare  
possunt. Habeo conciones, intersum Consistorio,  
visito Ecclesias, Monasteria & Scholas. Cetera  
Deo commendo. πολυπραγμοσῶλω detestor.  
Omnis igitur veritatis & honestatis expertem es-  
se affirmo eum, qui Saxoniam inferiorem à me  
excitari, putido mendacio impudentissimè & con-  
tumeliosissimè scripsit, quisquis physicus iste sit,  
cùm tamen Saxoniae inferioris mentio ipsi grata  
& iucunda adeò non sit, vt rationem illius habenda-  
dam esse dissuadeant.

Nullam collusionem amavi aut exercui un-  
quam. Viros autem eruditione & pietate praestan-  
tes, vicinos meos, veneror & colo. Tribunal  
nouum nullum. Ac etsi initio, scùm in has terras con-  
catus venirem, inciderent nonnulla, quae dissensio-  
nem aliquam paritura videbantur, tamen Dei bea-

D 4 nescio



**Hoc enim nisi ageret, quæ causa  
x afferretur edendi publice chartam  
contra nos cruentam,**

**y cum si quid minus ei probaretur in  
eo scripto, quod communiter a De-  
cano & Collegio Theologorum eius  
Scholæ, cui se debet,**

**editum**



beneficio, iuxta ordinationem Illustrissimi Principis  
mei Ecclesiasticam concordia ea inita est, quæ Ec-  
clesiis salutaris & necessaria est. Classici verò  
mentionem reliquis, quæ sunt in hac Grammatica  
rabiosa, mendacijs & calumnijs annumero.

ἦδη νῦν αὐδ' ὡς μὲν ἐν ἀνθρώποισι ὄλωλεν  
αὐτὰρ ἀνοιδεῖν γαῖαν ἐπέρχετ' ἑμῶς.

Quæ causa & occasio fuerit, paulò ante, li- x  
terâ r, ostensum est. Et, si fieri posset, vita mea  
redimere vellem, noua & periculosa versione &  
publicatione non datam fuisse occasionem & cau-  
sam monendi alios, & auertendi periculum. Cru-  
entam autem chartam nominari meam commo-  
nefactionem, nimis cruentum iudicium, ex animo  
cruorem sitiente, vt infra patebit, profectum esse,  
boni & honesti viri, instituta collatione commo-  
nefactionis meæ pacificæ, & disputationis huius  
cruentæ, facillè & libenter pronuntiabunt omnes.  
In me cruentum nihil esse, Dei beneficio gloriari  
possum.

Constantinus Imperator: Certo credo, pror-  
sus totam animam, & quicquid spiro, & omni-  
no, si quid intimum in mente uersatur maximo à  
nobis deberi DEO.

Grata DEO mens est, quæ se debere fatetur.

Quicquid habet, quicquid possidet, omne Deo.

Totum igitur me Seruatori meo debeo. Fi-  
dem vero, doctrinam, & conscientiam meam nulli  
creaturarum mancipio.

D 9

Occa



editum esse legit, quærere prius, &  
monere priuatim, & conferre aman-  
ter & placide potuisset de eo quo of-  
fenderetur, atq; auertere periculum  
& labem a Collegis.

**aa** & tentare an ad sanitatem reducere  
potuisset, opera sua eos, quos errare  
crederet, Omnia enim experiri prius  
sapientem decet, inquit ille, quam  
pugnare incipiat, præsertim ad suos.  
& consortes fidei, & ad domesticos  
quasi ciuile bellum commouere.

**bb** Necq; vero hæc Academia educa-  
uit ipsum ideo, vt infamaret eam.

necq;



Occasionem omnem priuatim conferendi, cen-  
sura de me, & chartis editis, si quid monuisssem,  
abruptam, & spem mihi, posse me aliquid, si ten-  
tarem, efficere, omnino ademptam, item, conuen-  
tus etiam ratione sententiam mihi exponendam  
fuisse, quæ res citra suspicionem perfidie, moram  
ferre non potuit, supra ostensum satis est. Scripsi  
tamen de toto negotio aliquoties, & me moneri  
petij, si quid esset, quo pij offenderentur, & meam  
sententiam *διὰ τὴν ἑξῆς* exposui. Ad rem autem  
responsum mihi certi fuit, sed eadem cantilena  
semper de physico corpore sonuit, & insuper ea,  
de quibus monuisssem, publicis, ut vocant, intimati-  
onibus inserta fuerunt, quibus refutari sententiam  
quam exposuisssem, videbam. Deinceps igitur ab-  
stinendum mihi esse à priuatis scriptis intellige-  
bam, quæ cum quibusdam non placent, quàm ami-  
cè accipiantur, & legantur, ignotum mihi esse non  
potest.

Sarcasmos intelligo & contemno. Sanita-  
tem autem errantibus ex animo precor, & mentem *ad*  
meliorem, quàm in hac Grammatica apparet.

Scripsi ad Theologos V Vitebergenses superi-  
oribus diebus hæc verba, quibus pios & honestos *bb*  
animos acquiescere non dubito: Verè testor, nihil  
in me fuisse vnq̄, nullam venulam, nullum nerui-  
lum, & in summa nihil omnino, quod vestræ Ec-  
clesiæ & scholæ vlla ratione non prodesse studue-  
rit, laborauerit, sudauerit semper. Testis est Deus,

☉



<sup>cc</sup> Neq̄ Illustrissimus Princeps no-  
ster benignitatem in eum & ante  
contulit & nunc confert, vt sit qui  
turbet quietem terris ipsius,  
neq̄



Et frater, caro et sanguis noster Christus ὁ κατὰ  
 Διογνώση. Idem meus etiamnum animus est, et  
 gratitudinem polliceor Ecclesie et Academia  
 VVitebergensi, quo ad vixero, et publice et pri-  
 uatim scriptis Lutheri et Philippi me docendo  
 conformem esse affirmo. Faciunt sancti cineres  
 Lutheri, Philippi, Crucigeri, Pomerani, Försteri,  
 et aliorum orthodoxorum, ut piaculum esse cer-  
 to statuam, animo saltem concipere, nedum moliri  
 et reipsa aggredi aliquam discessionem à matre  
 Ecclesia VVitebergensi, quam diu hæc vestigia il-  
 lorum sequitur, et c. Infamationis igitur notam  
 culpamue remitto scriptori huius Grammatices,  
 et effugere eum posse infamiam mendacij, calum-  
 niarum, et crudelitatis, optarim. Plutarchus :  
 οὐδὲν ὄσιν αὐχίου βλασφημίας πάλιν ὄσομα-  
 σης : Nihil est turpius maledictis, quæ in auto-  
 rem recurrunt.

Illustrissimo Principi Electori, cuius bonita-  
 te abutitur disputator, me perpetuam et humili-  
 mam gratitudinem omni animi subiectione et re-  
 uerentia debere agnosco et fateor. Cumq; ipsius  
 Celsitatem, et Illustrissimam et pientissimam  
 coniugem innocentes esse dixerim, scripserim, vi-  
 derim, et audiuerim, cum ex ore Celsitatum ipso-  
 rum, tum ex alijs, et de innocentia Principum,  
 Ecclesie quoq; huius Illustrissimi Ducatus Brun-  
 swicensis, scripto peculiari, quod de Catechesi  
 compositum est, testimonium dicant, non est, ut  
 malam



neq; ei Principi, qui operam ipsius  
da hoc tempore conducit gratam futu-  
ram confidimus hominis, vt lenissia-  
me dicamus, temeritatem, vbi de  
re docebitur:

**Quem**



malam causam tanti nominis patrocinio & splendore mangonizetis, & ipstus clementiam delationibus iniquis ab insontibus auertere conemini. Cor enim Regis in manu Domini.

Quietem verò turbare publicam ij solent, qui genus doctrinae vere corrumpunt, & temerè mutant, & causam praebent alios monendi, & contradicendi erroribus. Non verò is quietem turbat, qui vni atq; alteri errores tacite introducere conanti se opponit, vt multi boni etiam in Misnia erroribus Sacramentarijs contradicunt, & certè vobiscum minimè sentiunt, licet saepe decipiantur.

Ridendum aliquo modo mihi est, vt Satanæ <sup>de</sup> egre faciam. Si enim isti homines, temerarij nimium & crudeles, qui nimirum hanc Grammaticam scripsere, possent inflammare aduersus me miserum, ὄλιω τῶν ὀμῶν, & omnes pios Principes, Consiliarios, nobiles, & viros conspicuos autoritate, vulgus etiam, vt conatos illos passim fuisse literæ, quas accipio, testantur, non paterentur desiderari in se quicquam. Princeps autem meus eius est pietatis & prudentiæ, vt ipsius quoq; Celsitas Satanam, & squamas eius nosse, & contemnere possit. Et de re vt doceatur, disputatoris huius doctrina & institutione iam non adeò opus habet, quod si credere ille nolit, memor sane sit symboli sui, quod huic Grammaticæ praefixit: Veni & vide. Ipsi tamen gratias meo loco habeo pro delata opera, cuius memor esse poterò, si sit opus nostris forsitan doctorib. istis.

Vtinam



Quem Principem ita nouimus  
ee erga Ecclesias harum terrarum affe-  
ctum, atq; ita pacis & quietis publicæ  
amantem, vt si petuisset Selnece-  
rus, nequaquam grauatim eum huc,  
sumptu etiam suo dimisisset, ad mo-  
nendum, cauendum, auertendum,  
ne quid res Ecclesiastica detrimenti  
caperet.

Etsi



Vtinam Theologi passim ita docerent, & es-  
criberent, ut legationibus & sumptibus Principum  
opus non esset. Et iam sepe, atq; ultimo per me  
quoq; omnes vias & mei Illustrissimi Principis,  
& aliorum susceptas & tentatas, concordiae salu-  
taris causa fuisse, non absq; sumptu certè magno,  
liberali & copioso, nunquam tamen quo mederi  
aliquis malo potuisset, effectum aliquid impetra-  
tum, quin in peius, superbiam suam & arro-  
gantiam retinentibus pertinaciter ijs, qui paucis  
sepe concordiam salutarem inire & instaurare  
facile potuissent & debuissent, omnia plerunq; ru-  
erint, iam satis superq; notum est.

Salsum & lepidum risum video, & Filio Dei  
ago gratias, quòd per me res Ecclesiastica nihil de-  
trimenti capit. Ad empectas autem istiusmodi va-  
surpo illud: ὡντιμῶσαι σοι κῆρι. Meo ta-  
men loco, officij sacrosancti ratione, monebo, ca-  
uebo, & Deo iuuante, auertam, quantum potero,  
ne agnita veritas, & confessio doctrinae in vlllo ar-  
ticulo deprauetur & mutetur. Nec patiar subdole-  
nobis obtrudi nouitatem doctrinae, pallio veritatis  
tectam, sed iuramentum semel Deo praestitum,  
iuuante ipso Deo, seruabo, quo ad vixero, solus &  
cum alijs.

¶

Παρονεξι



88 **E**t si autem alij alijs de causis ad  
scribendum eum venire & patrocina-  
nandum causæ, quam suscipit, per-  
hibent, πάντων γὰρ κακῶν ῥίζα ὅτι φιλαργ-  
γυρία.

hb **F**ieri tamen potest, ut scientia etiam  
am ἡδύωνυμοῦ inflans hunc necessa-  
rium nostrum eo impulerit, ut iudici-  
um sibi sumat, de omnibus, & ad-  
uersus omnes, etiam si ἄνω ποταμῶν  
ferantur fontes, ut est in proverbio.  
**Quo**



πλιονεξίη, τὸ πάντα ψεύδεσθαι. Norunt gg  
autem boni, & honesti viri, qui me vitamq; meam  
vtruncq; norunt, quàm turpiter scriptor iste ca-  
lumniando sese det, de quo verba vt faciam multis,  
indignum iudico.

Agnosco & fateor doctrinae meae tenuitatem, hb  
& nemini succenseo, qui me non collocat inter  
praecclare doctos. Quae autem sit mea doctrina,  
VVitebergae publicè & priuatim ante annos se-  
decim, voce etiam horum disputatorum, praedica-  
tum & commendatum est alijs, quos vel tunc men-  
titos esse, vel nunc mentiri, dum ψευδώνυμον sci-  
entiam illam appellant, certum est. Sic enim sua  
manu, vt alios nunc omittam, D Peucerus, V. cla-  
rissimus, ante annos sedecim scripsit: Quem vel  
ingenio, vel doctrina in hac, qua ipse est aetate,  
vel studijs, laboribus & assiduitate, vel virtute &  
modestia, SELNECCERO huic praeferam,  
habeo neminem, &c. Cum nemine autem certa-  
bo de mea qualicunq; doctrinula, cuius, vt dixi, te-  
nuitatem agnosco, qua etiam reprimor magis,  
quàm vt inflari dicar. Norunt verò mei censores  
puerilem versiculum:

Turpe est doctori, cum culpa redarguit ipsum.

Et: Quid vides festucam in oculo fratris tui, tra-  
bem autem, qui in oculo proprio est, non anis  
maduertis.

Lusisti, satis est, sed te, mihi crede, memento

Intra pelliculam cerdo tenere tuam.

Cetera



**Quo autem loco & tempore te-  
stari eum de sententia sua oportet, &  
coram verba facere, minus eum præ-  
senti animo esse depræhenditur.**

**Sed videamus breuiter, quod hu-  
ius Theologi censura inuadat.**

**Hactenus τὰ διαβολικὰ**

**Altera**



Cætera, quæ assuuntur, non agnosco. Studiosus  
sum scriptorum Lutheri & Philippi, & Cor-  
pus Doctrinæ amplector. Ab his si quid in no-  
stris Ecclesiis recedit illud improbo. De me au-  
tem addo etiam compulsus à disputatore, & non  
alia de causa, hoc D. Peuceri manu scriptum iu-  
dicium: Selneccerus vim ingenij atq; acrimoniam  
de coelo cum hausto concepisse aëre, & rudimen-  
ta eruditionis solidæ cum lacte suxisse, ac combi-  
bisse videtur materno, &c. Sed de his satis.

Ἀπεῖς ὧ οὐ δέοντι κατέρω φιλοσοφῶν ii

Quem verò locum, quodūe tempus nugator iste  
fingat, constare nec mihi, nec alijs potest. Adhi-  
bitus autem sum ad negocia religionis iussu ma-  
gistratus aliquoties, & dixi, & scripsi præsentis  
animo ea, quæ potui & debui, & quæ iniuncta  
mihi fuerunt, præsentibus interdum illis ipsis,  
quos hac responsione calumnijs & mendacijs or-  
nata uti posse scribit iste, idq; feci non sine com-  
mendatione & laude. De his autem me-

um iudicare non est. Natura verò  
me timidiorē esse, quàm sunt

Ἐξασύδελοι, laudi po-  
tius mihi, quàm dede-  
cori duco.

E 3

öp



ALTERA PARS DI

sputationis, continens διδασκαλικά, in scriptis διαβολικοῖς

**C**orruptum clamat interpretando loco Evangelistæ, Oportet Christum cœlo capi, cum sit in Græco, ὅμ δ'εὖ οὐρανὸν δέξασθαι, & non ὑπὲρ οὐρανῶν δεχθῆναι, aut, ὅμ δ'εὖ οὐρανὸς δέξασθαι.

**B** Christus ut cœlū exciperet oportet, & hunc nō a cœlo capi, capi captiuitatem significare, & loci inclusionem, qualem de Christo cogitare, & cœlo hunc captum esse dicere, profanum sit, rem ad Calvinismum tendere, & Beza ita esse interpretatum, cuius interpretationem qui sequantur, eos etiam sententiæ ipsius approbatores esse, ideoq; subesse sub hoc aliquid, de quo cautor ipse præclarus Ecclesiasticus monere, ut caueant, necesse habuerit.

**C** Metuit nimirum iste non κτλ γινώσκῃ ζηλωτῆς nisi



Ἦρ δ' ἔτι αὐθιγῶς δ' ἔξαδοῦ. Vel malitia hæc  
est arrogantissimorum hominum, scientia Ἰωδω= **A**  
νύμφη inflatorum: vel asininum σφάλμα. Me-  
dium est nullum.

Capi captiuitatem significare, licet suo loco  
omnino verum sit, in mea pagella tamen non in- **B**  
uenitur. Sed hæc verba inueniuntur: Potentia  
Christi Filij hominis, sedentis ad dexteram patris  
omnipotentis, longè maior est, quàm vt localitatis,  
aut corporalis locationis noua & periculosa voce  
eludi, & eneruari, & certo cœli loco astringi,  
& eodem capi, terminari, & contineri possit.

Habeo veram voluntatis DEI notitiam, & **C**  
studeo amoris & propagationi verbi diuini, &  
odi eas res, quæ cursui verbi impedimento sunt.

E 4

Pera



**D** nisi Christum hominem in caelum  
ascendisse, & ibi esse neget, & nisi  
vbiquitatis Eutyphae astipulator fi-  
at. Hoc igitur nisi faciat, metuit ne  
eripiatur Ecclesiae vera doctrina de  
Coena Domini, & de praesentia ve-  
ra Filij Dei in ea Coena, quam ipse  
instituit, & communicatione vera  
corporis huius cum ihs, qui hac Coe-  
na vtuntur.

**Itaq;**

hon  
ver  
tore  
alie  
scili  
cena  
& c  
vero  
sic c  
1  
subla  
corp  
tute  
2  
lesti  
est D  
terna  
zian  
est m  
omni  
3  
Hax  
Chri  
ex M  
glori  
seden  
4  
test e  
expa



Portenta mendaciorum nunc aduehantur ab D  
homine mendacissimo: (aliter enim in defensione  
veritatis contra diabolum calumniatorem, infama-  
torem, & homicidam, omni pietate & honestate  
alienissimum, sentire ac loqui me non decet) negari  
scilicet à me, 1. Christum hominem in cœlum as-  
cendisse: 2. Christum hominem in cœlo esse: 3.  
& confirmari à me Eutycheam ubiuitatem. Ego  
verò, vt semel dicam, sic doceo, sic credo, sic dico,  
sic confiteor:

1. Christus homo ascendit in cœlum, siue  
sublatus est in cœlum, præter & contra omnem  
corporalem & physicum modum & motum, vir-  
tute nimirum diuina.

2. Christus homo est in cœlo, id est, in cœ-  
lesti gloria. Ascendit enim ad patrem, & factus  
est Dominus & Christus  $\epsilon\upsilon\epsilon\gamma\epsilon\iota\alpha$  diuinae, & æ-  
ternæ suæ naturæ, &  $\epsilon\upsilon\delta\omicron\chi\iota\alpha$  sui Patris, vt Na-  
zianzenus præclare loquitur. Ideo inquit: Data  
est mihi, Iesu scilicet Nazareno, homini crucifixo  
omnis potestas in cœlo & in terra.

3. In cœlo esse, & corpus finitum  $\nu\omicron\upsilon\iota$   $\pi\acute{\alpha}\rho\iota$   
 $\nu\sigma\alpha\pi\tau\omicron\upsilon\pi$  habere, non significant idem. Habet  
Christus homo verum corpus, quia natus est homo  
ex Maria semper virgine. In cœlo autem est,  
gloria & maiestate, & potentia diuina accepta,  
sedens ad dexteram Patris omnipotentis.

4. Christus secundum suam potentiam po-  
test esse vbicunq; vult esse corpore etiam suo, sine  
expansione, diffusionem, aut infinitate huius.

E 5

5. Verè



**E** Itaq; articulum fidei de ascensio-  
ne in caelum, labefactare, & quan-  
tum in ipso est, euertere minus du-  
bitat, & Christum verum hominem  
esse negare, & humanam naturam  
quod exuerit affirmare.

**Cumq;**



3. Verè ibi præsens est corpus Christi, ubi  
cunq; illud Christus esse vult, & quocunq; seip-  
sum verbo suo alligavit, vt in Coena, contra omnes  
omnium corporum physicorum proprietates.

Hæc quinq; capita sunt, quæ si scriptor iste,  
& eius suffraganei mihi, vel potius veritati verbi  
diuini relinquunt inuiolata, non tantum conuicio-  
rum & mendaciorum finis erit, sed iam dissensio  
omnis etiam abrumperetur.

Contumeliosius & mendacius nihil dici potest. **B**  
Scriptum est autem: Falsus testis non erit impu-  
nitus, & qui loquitur mendacia peribit. **Μικρομ-**  
**† εὐδ' ὁ μὲν** καὶ οὐδὲ ἰς λαυθάναν πολὺν ἡσό-  
νομ. καὶ πᾶς σοφὸς ἐν ἡσίσμῳ, † εὐδ' ὁ  
μισθ. Cum verò, disputator iniquissime, me isto-  
rum accuses impudenter, & contra tuam ipsius  
conscientiam, fidemq; & veritatem omnem, rogo,  
moneo, obtestor, & obsecro te, vt prodeas, & no-  
men tuum, quis sis, vt te videam, quandoquidem vt  
videam petis, significes, vt apertè tecum agi possit,  
& alios viros pios & doctos tuis mendacijs &  
calumnijs & flagitijs palliandis non immisceas, si  
modò pietatis scintilla, si honestatis mica in te su-  
per sit, & nisi iam, quod & es, **Χεῖλι** esse velis.  
Vt enim errorum blasphemorum me accuses, neq;  
à te, neq; ab vlla creatura ferendum mihi est,  
prompto ad tacendum de alijs iniurijs doctrinam  
& conscientiam non spectantibus.

Coena



**F** Cumque Sacramenta Sigilla sine  
Fidei, & articulorum huius, & ad  
hos confirmandos instituta,

**&**

**G** & Sacramenta Fidel inferuiant, ipse  
hos conuellere molitur, vt supersti-  
tionem, profanationem, atque idola-  
triam Pontificiam in Sacramentis  
stabiliat.

**Necque**

tic  
sta  
vob  
sti  
voc  
den  
Pat  
sion  
vult  
meu

Cœ  
ritia  
per  
rect  
min  
bro  
cogn  
& i  
omn  
ipse

eram  
lis, a  
& si  
q; ho  
quid  
tia.



Coena Domini est instituta, vt confirmet ar- P  
ticulos fidei: Passus, crucifixus, mortuus: vt te-  
stantur verba: [ Hoc est corpus meum, quod pro  
vobis traditum est: ideoq; ante ascensionem Chri-  
sti in caelos illa instituta, & postea repetita est  
voce Pauli post ascensionem Christi. Nam ascen-  
dens Christus in caelum, & sedens ad dexteram  
Patris habet eam potentiam, qua veritati promi-  
ssionis & institutionis suae satisfacere potest, &  
vult, iuxta verba: Accipite, edite, hoc est corpus  
meum, &c.

Quae verò de Sacramentis, & in primis de  
Coena, sit fides Ecclesiarum nostrarum, vt à pue-  
ritia à parentibus & praeceptoribus deinde, sem-  
per ex verbo Dei, ex scriptis Lutheri, edoctus, &  
rectè cum alijs institutus sum, vt calumnijs istis  
minus fides adhibenda sit, pij & sani omnes ex li-  
bro meo, cui titulus est, Pädagogia Christiana,  
cognoscunt: Superstitionem verò, profanationem,  
& idolatriam Pontificiam detestor, & execror  
omnem, vt scripta, & conciones meae, & DEVS  
ipse ὁ κρηδίου ὄντως testari possunt.

Quaestio non est de causis & usu, quare Sa- G  
cramenta sint instituta. Neq; ex generalibus regu-  
lis, aut ex thesi tantum, de Sacramentis omnibus  
& singulis iudicandum est, sed haec est quaestio, at-  
q; hoc κρηδίου μόνον. Quid astit praesens in Coena,  
quid distribuatur, accipiatur, siue quae sit substan-  
tia. Eadem quidem est res Sacramenti Baptismi,  
&



**Neque vero illi transsubstantiatores**  
**H**eres tui, qui panem euanescere disputant, tam sunt profani, blasphemii aut incogitantes, ut propterea in hoc de Ascensione Christi fidei articulo quicquam architectentur, sed propterea transsubstantiationem suam introducunt, ne hunc conuellere necesse habeant, aut Eutychæum quicquam admittant.

**De**

men  
non  
quã  
iusq  
verb  
stan  
stus  
min  
stus  
vobi  
pare  
ne o  
Chri  
Chri  
hoc e  
dem  
Stra  
nos  
omn  
tor i  
F  
osten  
figm  
scop  
enim  
causa  
tor i  
aut s  
Chri



Et Coenae, ipse scilicet Christus. Et utrunque Sacramentum est sigillum fidei. Et in Baptismo Christus non minus est praesens sua virtute et efficacia, quam est in Coena. Sed tamen ex propria uniuscuiusque Sacramenti institutione, et disertis Christi verbis, de Sacramentis, et horum materia, substantia et differentiâ iudicandum est. Dixit Christus de Baptismo: Euntes baptisate gentes in nomine Patris, Filij, et Spiritus sancti. Hic si Christus addidisset. Haec aqua est meus sanguis, qui pro vobis effunditur, utique cum non nuda narratio, aut parabola, sed institutio illa esset, sine disceptatione omnem rationem captiuantes sub obedientiam Christi, crederemus verbis Christi. Cum verò Christus de Coena dixerit, Accipite, manducate, hoc est corpus meum, quod pro vobis traditur: fidem habemus verbis Christi, etiamsi ratione nostra modum assequi non possimus. Et vult Christus nos simpliciter credere, etiamsi non intelligamus omnia. Hanc quaestionem, ut scopulum, disputator iste prorsus praeterit.

Repudiari commentum transsubstantiationis, ostendi in Paedagogia. Cetera, quae sequuntur, ut **H** fragmenta ab hac disputatione prorsus aliena, et a scopo procul recedentia, missa iam faciamus. Non enim de Pontificijs erroribus iam agitur, et quam causam figmenti de transsubstantiatione disputator iste affert, Pontificij, qui non aliud diuersum aut secundum per illam  $\mu\epsilon\tau\epsilon\sigma\tau\alpha\sigma\iota\sigma\iota\pi$ , sed verum Christi corpus intelligunt, non accipiunt.

Quod



I De Sacramento autem Cœnæ  
dominicæ in eadem Catechesi, quam  
infamat Censura tua, Ecclesiarum  
nostrarum Confessio plane & diser-  
te est exposita, vt cur tibi, aut alijs  
suspiciones fingas, & ὑπερβολῶν sub his  
aut illis verbis nostris comminica-  
ris, causam habeas nullam. Tu vero  
planam confessionem nostram mit-  
tis, & vt existimamus, etiam appro-  
bas, non enim contradixisti huic ha-  
ctenus, & suspicionibus indulges ob-  
scuris loco alienissimo, nodum, vt  
dicitur, in scirpo quærens, vt tamen  
& quam intempestiua minimeq; sit  
necessaria commonefactio tua atq;  
ieiunæ etiam calumniæ maleuolen-  
tia, demonstratur legentibus. De  
verbo & sententia paucis tecum dis-  
seremus, vt hoc modo aliena, an or-  
thodoxa sit interpretatio ea, quam  
inuadit charta tua, patefiat.

**Tertia**



Quod ad disputatorem & infamatorem istum  
& huius socios attinet, causa nulla est, ut solis ni-  
tamur suspicionibus, cum de iudicio & sententia  
eorum iamdudum manifesta extiterint testimonia,  
quæ neq; aulæ etiam, neq; alijs ignota sunt, ut for-  
tè, si voluerint, demonstrabitur aliàs. Cumq; sciant  
hoc ipsi, quàm in luto sordido hæsitent, accusati  
erroris Sacramentarij, ut vocant, mirum certè  
est, planam confessionem, quæ tribus quatuorue  
verbis vel ex Apologia, vel ex Catechismo Luthe-  
ri expediri potuisset, quosdam omisisse, & tantum  
eam recitasse, quæ diuersum sentientibus, à nostra-  
rum Ecclesiarum confessione, satisfacit & proba-  
tur. Hic qui consilia nouit, aliter iudicare nequit,  
nisi ὑπερλοπ subesse. Planam autem, quam vocat  
ille confessionem, non improbamus, sed non suffici-  
entem esse dicimus, & ex alijs locis Corporis do-  
ctrinæ vno atq; altero verbo compleri debere, ut  
plana fiat confessio separans nostras Ecclesias à  
secus docentibus, affirmamus. Si igitur expedire  
sese, & omni suspicionem liberare voluerit disputa-  
tor, sic necesse est, ut loquatur, quemadmodum in  
Apologia præscribitur his verbis:

1. Confitemur nos sentire, quod in Cœna  
Domini verè & substantialiter assint corpus &  
sanguis Christi, & verè exhibeantur cum illis re-  
bus, quæ videntur, pane & vimo, his qui Sacra-  
mentum accipiunt.

2. Affirmamus corporalem præsentiam

F

σωμω



**TERTIA PARS DISPVT**  
**tationis de loco Acto. 3o**

**A d** Atq; primum hoc testamur ad te.  
& omnes, qui hæc legent, nos nulla  
alia de causa, quam quod in mentem  
hæc veniret, & non altera, hac peri  
phrastica interpretatione vfos fuisse,  
**neq;**



ὁμοιωτικῶς ἡγοῦσιν Christi in Coena, sicut  
Graeca & Romana Ecclesia olim senserunt, &  
idem nunc sentiunt.

3. Christus nobis exhibetur in Coena, non  
tantum recta fide & caritate sincera spiritualiter,  
sive habitudine, quae per caritatem intelligitur,  
verum etiam corporaliter, secundum carnem, ut  
sit in nobis participatione naturali.

His addantur ex confessione Augustana haec:  
Improbamus secus docentes: & inde extruatur  
vera, usitata, & probata definitio, quae tempore  
Apostolorum in usu fuit, ut ex Theodoro cita-  
te Ignatium, manifestum est, haec scilicet:

Sacramentum Altaris, sive Eucharistia, est  
verum corpus, & verus sanguis Domini nostri  
I E S U Christi, sub pane & vino, nobis Christi-  
anis ad manducandum & bibendum ab ipso Chri-  
sto institutum.

Si ita disputator loqueretur, causa nulla es-  
set suspicionibus relicta, & controuersia omnis  
componeretur facillime, & testari ipse vellem, fieri  
multis iniuriam, & recte eos sentire & docere.

εἰ τοῦτο ἀληθὲς ἔστι, μέγα θεῶν ἔστι  
ἀλλ' ἰαῦτα μὴ δὴ ἰαῦτα. Talia namq; cadant  
sten t̄q; valore suo, ut D. Philippi praëceptoris vera  
su utar, qui ad textum Bibliorum, & usurpatio-  
nem versionis usitatae propter causas grauissimas  
discipulos suos hortabatur: quod praëceptum quo-  
modo quidam Paraphrasta seruent, & Corpori

F 2

etiam



**Bb** necq̄ hac offendere quenq̄ aut quicq̄  
quam callide agere voluisse, Sicut &  
cum ijs verbis nihil tale fieri potest,  
Atq̄ ita in Catechesi res tota propo-  
nitur & exponitur, vt offendere pi-  
um & bonum neminem ea verba  
possint, id quod legentibus iudican-  
dum permittimus, Quod si suspi-  
cari de tuis tuiq̄ similibus suspicioni-  
bus talibus potuissemus, omnino stu-  
dissemus eas auertere vsurpatione  
eius interpretationis, quæ tibi & tuis  
magis fuisset obuia, ne quid esset,  
**Cc** quo quisquam offenderetur, cum  
quam simus in hac parte diligentes,  
vt pacem colamus cum omnibus,  
quantum veritas sinit, te minime  
lateat,

**Dd** Qua de causa, & quas iniurias a  
te & alijs tacentes pertulerimus, &  
hodie etiam feramus, similiter te tes-  
tem laudare possumus.

**Sed**



etiam doctrinae, quod semper prætexunt, addictos  
se esse ostendant, viderint ipsi, responsuri aliquan-  
do Deo, & Ecclesiae.

Hoc planè, vt paulò post ostendetur, negan- Bb  
dum est.

Vtinam de singulis vestrum, præsertim de te,  
disputator Academice, & tuis suffraganeis verum  
illud, quod scribis, dici possit.

Vicini titulum Astydamae prohibentq; negantq;. Cc

Condonet vobis Deus has iniurias. λύνε D d  
πρός ἄνευ φασίη οὐ πρόσω σύ μοι ὕδωρ τὰ  
ἐατήε. Hæc est gratia, hoc præmium pro animi  
mei voluntate, & solitudine, cura, laboribus, &  
fidelitate. Hæc nimirum ratione nemini consu-  
lam, vt pro amicis alibi laboret, nisi cum ipsis præ-  
sens sit & viuat, quandoquidem talis pro fido pe-  
ctore ab illis gratia redditur.

F 3

Amphibolo



Sed ad Grammaticam te reuocabimus, quam si non dedignaris primum hoc negari non potest, quicquid dicat aut moliatur charta tua, **E**c hæc verba, ὅρ δ' εὐρανόρ ἢ δ' ἔξασθαι. utramque sententiam amplecti ἀμειβολογῶς, id quod & charta tua meture videtur, Sicut & Latinæ versiones tuæ omnes ambiguitatem eandem habent, ut quantum in verbis est, liceat δ' ἔξασθαι referre ad utrumque, οὐρανόρ & χριστόρ, & Christus οὐρανόρ & οὐρανόρ Christum debeat δ' ἔξασθαι.  
**De**



Amphibologiam in his verbis: Oportet Christum **E**  
scum coelum accipere, nullam, quod ad sententiam  
attinet, admitto. Accidunt quidem ambigua in  
sermone, vel singulis vocibus, quando vnum voca-  
bulum habet plures significationes, vel coniunctis,  
idq; vel per casus, vt: Aio te AEacida Romanos  
vincere posse, quemadmodum disputator iste adhuc  
de fide sua ambigens vult, ἐπαμφοτερίη per artia-  
culum fidei: Oportet Christum coelum accipere:  
vel per diuisionem, vt Croesus Halyn penetrans  
magnam peruertet opum vim: vel per adiectionem  
sive insertionem, vt: Quinquaginta vbi erant cen-  
tum interfecit Achilles. Sed, si non dedignatur  
Grammaticam scriptor iste, constat ambiguum ex  
rebus ortum distinctione explicari, quae sumitur  
ex ea arte & professione, ex qua nascitur contro-  
uersia, adductis definitione, aut diuisione, aut loco  
causarum & circumstantiarum, aut etiam autori-  
tate. Sumitur igitur explicatio loci, Oportet Chri-  
stum coelum accipere, ex doctrinae Christianae  
professione & confessione, Ascendisse scilicet Chri-  
stum in coelos, glorioso triumpho, & victo, pro-  
strato & contrito vniuerso regno Satanae & infe-  
rorum, & occupasse caelestem, paternam, diuinam,  
& aeternam gloriam, & esse Dominum coelorum,  
angelorum, hominum & omnium creaturarum,  
non tantum in sua diuina natura, qua Christus  
semper ab aeterno in aeternum maiestatem suam &  
gloriam habet & retinet, sed in humana natura,



sibi vnita, & secum euecta, & supra omnes coe-  
los sublata, & collocata ad dexteram Patris, id  
est, ad ὑπεροχὴν diuinam, & eternam, ἡγεμένη  
Filij, & ἐξουσίᾳ Patris. Deinde etiam ex defini-  
tione coeli hoc in articulo, omnis ambiguitas tolli-  
tur. Coelum enim non mathematicè aut physicè  
definitur de corpore simplici, aethereo, & sphaeri-  
co, mobiliq; perpetuo actu, stellis & astris insigni-  
to: (quod num in loco sit, adhuc disputant physi-  
ci, concludentes, coelum non in loco, sed circa lo-  
cum moueri, ac si sit in loco, non esse totum in lo-  
co, sed secundum partes, & non per se, sed per ac-  
cidens, cum centrum eius sit in loco, sicut anima  
per accidens dicitur esse in loco, cum subiectum  
eius, scilicet corpus sit locatum) Sed coelum in  
articulo Ascensionis Christi ad coelos, significat  
coelestem diuinamq; gloriam & potentiam, ma-  
iestatem, & ἐξουσίᾳ πατρὸς, iuxta illud:  
Ascendo ad Patrem. Et: Data est mihi omnis  
potestas.

Hanc coeli significationem si disputator iste  
meus admittit, (quam eum admittere, nisi, quod  
facit, articulum fidei Christianæ de ascensione in  
coelum, labefactare, & quantum in ipso est cum  
physicus sit, euertere velit, omnino oportet) res  
iam composita est, & frustra disputatio protra-  
hitur. Nam hoc modo & Christum coelum ac-  
cipere, & coelo capi, id est, coelesti & diuinæ  
maiestat



maiestate, & gloria donari, & omnem potenti-  
am habere in caelo & in terra, dicemus verè &  
vnanimiter.

Quia verò ille Eristes caelum intelligit lo-  
cum certum, aeternae & beatæ habitationi Christi  
& electorum destinatum & definitum, siue su-  
premmum caelum supra omnes sphaeras positum, at-  
q; ita Amphibologiam fingit in verbis articulum  
fidei confirmantibus, & verbum Spiritus sancti  
impio & securo animo flectit diabolici oraculi  
instar, rectè & meritò pij & gloriae Christi a-  
mantes viri, eum ex Ecclesia cum ista sua impie-  
tate explodendum & eijciendum esse, ad gloriam  
gloriae Christi statuunt.

Christus Dominus caeli, à caelis caelorum non  
capitur aut continetur, & tamen habet verum,  
finitum, & ἄριστον corpus, quod est infi-  
nitæ καὶ ἀπείρου potentiae in vnitae perso-  
nae. Queris, ποῖον σῶμα; Respondeo, vt  
Paulus: ἄφρον.

F S EST



De verbo autem δέξαοθαι an signi-  
 ficationem & vsum huius, quantum  
 ad praesentem locum opus est, intelli-  
 gamus, etiam de hoc ne te pigeat co-  
 gnoscere, quid didicerimus, vt iudica-  
 re possis. Omnino igitur tibi conce-  
 dimus hoc verbum ενεργητικῶς signi-  
 care etiam παθητικῶς prolatum, & do-  
 cent diserte Grammatici haec quatuor  
 verba, δέχομαι, θεῶμαι, λυτῶμαι, ῥύομαι,  
 in passiva diathesi per omnia tempo-  
 ra significare ενεργητικῶς, praeterq̄ in  
 aoristis, ἐδέχθη, ἐθεάθη, ἐλυτρώθη, ἐῤύθη.  
 Ita igitur in media multo magis acti-  
 ue significant, & est δεξάμενος ὁ λαβὼν  
 etiam Herodoto (etiam λαβῆν & δέξαοθαι  
 quomodo discriminant Grammatici  
 non ignoramus) & δέχῃ τὸν ἀνδρα, &  
 χώρα, ἢ μὲν ἐδέξατο. Significat autem &  
 accipere, & occupare aliquid accipien-  
 do, quod cum sit id quod occupat, ca-  
 pi etiam ab eo quod occupat, & quo  
 excipitur oportet, vt cum dicitur,  
 Ἐφ' δίακονα ἀγῶνα posse δέξαοθαι τι, vascula  
 inania posse capere aliquid quo reple-  
 antur atq̄ occupentur. Ita venarum  
 vasa



Est Christus in caelo, ut in contento, non ut  
 in continente, ut olim scholastici etiam loqui soliti  
 fuerunt. Sed de his omnibus aliàs. Quid autem  
 fiet, si hoc modo ludemus in sacrarum literarum  
 enarratione, quo modo iste ludere solet? ἀπέ-  
 σελῶ ὁ θεός τὸν ἕρμ αὐτοῦ ὅμ δ' ἔ τὸν σαίω ἄμ  
 μὲν σωτῆσαι καὶ ἡμᾶς ἐξελεῖσθαι καὶ σῶ-  
 σαι. Hæc ἀμειβολογῶς intellecta, quid paria-  
 ent monstri? Hæc ne fides, hæc constantia no-  
 stra est? Quid sumus, quid credimus, quid faci-  
 mus? Audiant cæli, audiat terra. Quid novi?  
 Miserere nostri ὦ Fili Dei, ἕ ne nos insontes  
 cum blasphemis ἕ securis empectis abripe.

ἔρθνοχὺ τὸ λήρεθον

πυκνότερα καὶ λεπτότερα, ἢ ταχὺ πῦρα  
 ῥόμενα διὸ καὶ φρυγανικώτατα πωτῶν.

Ad quid quaeso ista λέχαι? Sicut cervisia,  
 aut acetum est in dolio, ita Christus est in caelo. Et **Ff**  
 sicut sanguis est in venis, ita corpus Christi est in  
 caelo. Quis blasphemias istas feret? Apage, Phy-  
 losophe, ad Democritum tuum, ἕ farci cum ipso  
 centones



vafa in corpore δεξαμύνας vocavit De-  
mocritus, quod sanguinem capiant, &  
vehendum suscipiant eoq; occupen-  
tur, & sunt ὑδάτων δοχεῖα aliquibus δέ-  
ξαμένα, siue piscinæ & colymbetræ,  
de quo tamen dubitant, siue Nili &  
Euripi Latinorum, vel etiam canales  
& tubi, Suidas autem δεξαμύλω θείων  
mensam sacram interpretatur, quæ  
res sacras, capit & excipit, εἰς πλὴν θείων  
δεξαμύλω ἐκάθισεν.

68 Secundum hæc igitur, neq; hoc  
negamus simplicius esse, magisq; ob-  
uium, si verba spectentur, vt inter-  
pretemur, δι δὲ οὐρανὸν δεξασθαι, quem  
oportebat cœlum occupare, quod vt  
ἀμβολὸν collatur, fiet tale: Oportebat,  
vt Christus cœlum caperet & oc-  
cuparet. Altera autem interpretatio  
cum & ipsa insit in verbis, & in sen-  
tentia multo magis, quomodo si am-  
biguitatem omnem similiter exclu-  
dere volumus, alia quam talis fieri  
potest. Quem oportet cœlo capi, seu  
recipi? quæ & sententiam Euange-  
listæ & Petri multo melius interpre-  
tatur.

Ideoq;



centones quotquot volueris, ὁ εὐερίπῳ ἀνδρῶν  
πῳ. Mystera autem sacra ut missa facias, &  
ad inspectionem, nescio quam, te recipias hortamur.  
Mitte coelestia, & Lucianum tuum con-  
sule, vas omni pietate vacuum. Si verò tua ista  
spurcitie reuersus fueris, demonstrabit Ecclesia  
Orthodoxa, te esse δικάριον ἀγῶν καὶ ἐτῶν  
ἰσῶν ἀχθῶν ἀεὶ ἔχον, quantus & qualis sane ti-  
bi vidcare, Empecta.

Dictante conscientia tua, te oportet illud fa- **Ἔγ**  
cti. Quod verò alteram versionem huic præ-  
fers, locum scilicet & dimensionem, appellatione  
coeli in articulo Ascensionis, intelligens, toto cœ-  
lo erras, & importuno tempore cum maximo  
damno totius Ecclesiæ quasi per vim, etiamsi ἀνὸ  
πῳ ἀμῶν ferantur fontes, attrahis versionem pe-  
regrinam, & his Ecclesiis inauditam, & pernici-  
osam, eo modo & intellectu, quem tu fingis, &  
obtrudere nobis conaris. Recte quidem cum  
Augustino dicimus: Vbi & quomodo sit in cœlo  
corpus Dominicum, curiosissimum & superuacua  
caneum est querere, tantummodo in cœlo esse cre-  
dendum est, non enim fragilitatis est nostræ secre-  
ta cœlorum discutere, sed est nostræ fidei de Dō-  
minici corporis dignitate sublimia & honesta sa-  
pere. Sed versionem istam passiuam tuo pro-  
fano & physico intellectu non recipimus, cum  
quia iniuriam illa facit proprietati & maiestati  
sermonis



**H** **h** Ideoq; hæc verba  $\omega\alpha\delta\eta\tau\iota\kappa\omega\varsigma$   $\pi\acute{\alpha}\nu\tau\omega\tau\epsilon\mu$  ex Græcis Theologis Grego-  
rius, cui propter excellentiam inter  
Doctores Ecclesiæ, & rerum diuina-  
rum scientiam eximiam, cognos-  
cimentum fecit Theologi Græca Ec-  
clesiæ

**Cuius**

fe  
te  
to  
qu  
no  
fan  
pla  
am  
ta  
int  
sta

vide  
res  
alle  
sum  
soci  
tis  
mi  
mor  
smi  
glor  
cere  
nem  
lega  
Naz



sermonis diuini, & oraculi instar, quale est, Aio  
te ABacida Romanos vincere posse, flexiloq̄s  
torquet euidentem articulum fidei: tūc  
quia hoc tempore accepta est ab ijs, qui confessioni  
nostrarum Ecclesiarum de Cœna Domini aduer-  
santur, & nostris Ecclesiis & scholis hætenus  
planè ignota, imò absurda visa fuit. Negamus eti-  
am, vel in verbis, vel in sententia inesse tuam, iux-  
ta tuum cerebrum, quam defendis miser misere,  
interpretationem, id quod ex antedictis satis con-  
stat.

Iratu ad pœnam DEVS si quos trahit,  
Aufferre mentem talibus primùm solet, &c.

H b

Audite audientes, & nolite intelligere, &  
videte visionem, & nolite cognoscere. Ad restim-  
res redijt. Ego certè verè fateor, me quàm primùm  
allegari Nazianzenum legerem, terrore percul-  
sum ea de causa fuisse, quod dolerem disputatorem  
sociosq̄; huius, qui opinione eruditionis & pieta-  
tis eminent, eò prolabi, vt, quæ Nazianzenus  
ἐπιμνησκῶς recitat, & hæreticorum ac blasphem-  
orum in Filium Dei, Arrianorum scilicet &  
similium verba esse dicit, ea quasi cum tripudio  
glorioso ad suam opinionem stabiliendam produ-  
cere non vereantur, arbitantes fortassis, nemi-  
nem esse, qui Nazianzenum & veteres Doctores  
legat, & contextum consideret. Verba autem  
Nazianzeni sunt huiusmodi:

Hæres



Heretici nobis pro maximis & inuictis  
ita obijciunt: Oportet CHRISTVM regna-  
re vsq; adhuc, καὶ ὑπὸ οὐρανῶν δεχθῆναι, &  
a coelo capi vsq; ad tempora restitutionis, & ca-  
thedram a dextris habere vsq; ad victoriam super  
inimicos.

Responsio:

Quid quaeso hoc est? Deseret ne reg-  
num, & coelos relinquet? Quis adimet ei im-  
perium, aut, quam tandem ob causam? Quam-  
tu es audax interpres? &c. Haftenus Nazia-  
nzenus, cuius Graeca verba haec sunt:

Δεύτερον δὲ τί τῶν μεγίστων αὐτοῖς ἁ-  
μάχων: δὲ γὰρ αὐτὸν βασιλεύειν ἄξι-  
ταιδε, καὶ ὑπὸ οὐρανῶν δεχθῆναι ἄξι-  
ον ἡλικασίας, καὶ πῶς ἐκ δεξιῶν καθε-  
δρῶν ἔχει ἕως τῆς τῶν ἐχθρῶν ὑπικρατή-  
σεως: τὸ μὲν τρίτον δὲ τί: λῆξαι τῆς βασι-  
λείας, ἢ τῶν οὐρανῶν ἀποσῆναι, τίνος παύ-  
σονται, ἢ δι' ἧν ἵνα πῶς αἰτίαν: ὡς τολμη-  
ρὸς ἐξηγκτήσιν σὺ, καὶ λίαν ἀβασίλευσι.

Hanc igitur ob causam scripsi ad Theolo-  
gos VVitebergicos nuper, antequam hanc disputa-  
tionem accepissem, his verbis: Nazianzenus  
Theo ozi



Theologi autoritas quod allegatur, mirari pro-  
fectò satis nequeo, cum ille μιμητικῶς recitet  
verba ista, quemadmodum scilicet ab Arianis ci-  
tantur, qui nimirum ita loquantur: δὲ αὐτῶν  
ὕψος οὐρανῶν δεχθῆναι. Sed quid subiungit, (non  
tantum ad τὸ ἄξιον, id est quo tamē præcipuè agit, sed  
ad totam istam allegationem) ὡς πολλοὶ καὶ ἄλλοι  
id est, quàm audax tu es interpres, et nimis li-  
center vagus, tui iuris, nemini obtemperans, et  
Christi regnum contemnens. Pono autem, Nazi-  
anzeni et aliorum quoq; versionem illam esse, et  
posse candidè declarari, et extra controuersiam  
tolerari, tamen ad Confessionis formam de articu-  
lo gloriosæ Ascensionis Christi ad cælos, afferen-  
da illa nobis non est, præsertim in tot et tantis  
partim iustis, partim iniquis suspicionibus, quas  
augere velle et confirmare, certè amentis mentis  
est.

G

Simile



**I i** Cuius & ita te aliquando studio-  
sum fuisse meminimus, vt non dubi-  
tares hunc explicandum suscipere æ  
qualibus tuis, neq; sane errasti iudi-  
cio, quando hoc fecisti, & simile nunc  
etiam tibi optaremus.

Huic igitur Magistro tuo parcere  
debuiſti, qui noſtri temporis de Sa-  
cramento controuerſias non nouit,  
& ne ſomniare quidem has potuit,  
**K k** *uir ὀρθοδόξος τῶν*, Transſubſtantiati-  
onem autem, & vbiſquitatem tuam,  
ſi viueret, execraretur, & huius &  
**L l** *Baſilij aduerſus te, diſcipulum talem,*  
**M m** *experireris vehemenciam, quorum*  
*ζῆλος* non fuit *ἄζηλος*, Sed *ἡ γινώσκει*  
pro gloria Dei & religionis veritate.

**N n** Quod ſi tam eſſes cognoſcendi  
vetera, quam ſcribendi tua ſtudioſus  
(quæ & tibi & rei Eccleſiaſticae fru-  
ctuoſior eſſet opera) meminiſſes  
quid ſcribat in oratione ſecūda de Fi-  
lio Dei, vt tamen in memoriã redeas  
verba



Simile optarem illis ipsis, qui mecum nunc di- I i  
sputant. Legendo autem & notando necessaria me  
vitæ tempus etiam cum valetudinis periculo, serè  
quotidie consumere, amici & familiares perhibent  
meq; ideo sæpenumero obiurgant. Nunc etiam cū  
ad alias operas vtiliores, quàm hæc disputatio est,  
properem, finem imponam prolixæ responsioni  
ad illam, & cum mendacijs & calumnijs, tum oba-  
iectionibus ad doctrinam pertinentibus, nunc satis  
responsum esse arbitror, ita vt etiam de ijs, quæ se-  
quuntur, minimis & alijs, quilibet iudicare possit,  
quod pium, rectum, & honestum fuerit.

Quæ nulla est, vt mea scripta omnia contra K k  
hanc disputatorem testantur.

Discipulum ] fidelem & sincerum, DEO L l  
dante.

Vehementiam ] aduersus deprauatores suo- M m  
rum scriptorum, & veræ doctrinæ, qualis tu es, M m  
Disputator maledice & impudens.

Non scribo mea, non noua gigno, non recen- N n  
tia profero, sed depositum custodio, & tuas noui-  
tates & absurditates, quæ à vera fide nos abstra-  
hunt, vito, & vitabo, & corde, ore & manu im-  
probabo. Vetera autem cognosco, lego relegoq;,  
diligentius fortassis, quàm ij possunt & solent, qui  
de pulpamentarijs potius cogitare, quàm dogmata  
diuina decoquere debeant. Nemini nocere cupio,  
sed seruius Ecclesiæ Christi recta fide, & bona con-  
scientia. Te autem, disputator, alloquar aliquando

G 2 non



verba eius ibi sunt hæc: ὁ θεὸς γὰρ  
αὐτὸν ( ἡρισὸν ) βασιλεύειν ἄχρι τῶδε, καὶ  
ὑπὸ οὐρανῶν δεχθῆναι, ἄχρι ἡρίων ἀποκατα-  
στάσεως, ἢ πῶς ἐκ δεξιῶν καθέδραν ἔχει, ἕως  
τῆς ἐχθρῶν ὑπὸ κρηπίσεως. Non dubi-  
tauit interpres etiam Pontificius hæc  
reddere, vt verba habent. Oportuit  
isse Christum a cælo capi, nihil me-  
tuens transubstantiationi suorum,  
cum ne ibi capiatur aliquanto plus  
interfic rerum Pontificiarum, quam  
tuarum, quod Pontificatus Missa  
idolatrica hoc fundamento nitatur,  
quæ sola res & spes Papatus omnes  
sustinet. An vero hic etiam Magi-  
ster tuus tibi de Calvinismo suspen-  
dit fieri incipit: quem nos autorem  
habemus, interpretationis eius,  
quam oppugnat charta tua, non ali-  
um:

Etsi



non valituum reddere Christo rationem de cau-  
sis calumniarum tuarum aduersum eos, de quibus  
tibi & alijs Filius Dei mandatum praescribit, tibi  
forte nunc ridiculum, suo tempore autem nimis  
efficax, & graue futurum. Me enim seruum  
esse Iesu Christi Filij Dei, letor & glorior. Tu  
quis sis, quodue nomen tuum, licet nobis ignotum  
non sit, & tibi nunc parcamus, nondum audes ta-  
men profiteri, vt tecum, si honesti hominis laudem  
obtinere velis, agi possit, ne pallio totius Acade-  
miae & Ecclesiae, tuam malevolentiam, addo eti-  
am improbitatem tegeres, & personatus prodi-  
res, vt solent omnes isti, quibus inest mens mala. **Κ**  
**τ' ὑπερομ κωι οὐδὲρ ὑγιεσ.** Ecclesia verò &  
schola V Vitebergensis mecum, & ego cum illa,  
Deo iuuante, etiam orto paroxismo, transigemus,  
vt spero, facile, si Deus voluerit. Fiat voluntas  
Domini. Te autem hominem maledicum & men-  
dacem appello, & tecum mihi, vt supra dixi, res  
est, non cum alijs, nisi quantum ad innocentiae meae  
defensionem attinet.

O miseri, telis, armis, virtute carentes.

Heu mihi, quò res est tanto in seruore redacta?

Gregorius quos oppugnat, nunc cogitur esse

Patronus blasphemorum. Quid disputat amens?

Quos vestros homines nominetis, non con-  
stat. Nostros eiusdem confessionis esse, haecenus  
sensit orthodoxa Ecclesia. Reliquis verò laudem  
& commendationem suam, dignam ingenijs, &

G 3      eruditia





Oo Etsi & de nostrorum hominum ope-  
ris honorificentius aliquanto senti-  
mus, quam illa ipsa charta tua, quos  
videndum quomodo æquipares, ne-  
dum superes ijs, quæ tu in Nouum  
pp Testamentum moliri te profiteris  
minando,

Qd Necq; vero dubitamus, te de hac  
commonefactione nostra mirari, ex  
antiquitate pia & erudita, & Græcis  
Theologis esse, qui tam scribat tuis  
Rr rationibus contraria, cum in charta  
tua audacissime scribas, omnium sa-  
norum fidem & conscientiam huic  
versioni contradicere, & nuper ex-  
cogitatam vniuersæ antiquitati igno-  
tam esse, & deprauare scripturæ tes-  
timonia, & malam esse, & impiam  
&c.

Etsi



eruditione, studijs & laboribus ipsorum, tribue-  
runt Ecclesie nostrae, absq; detrimento confes-  
sionis, & veritatis agnitae. Hoc idem, Deo iuvan-  
te, semper factururus sum, cum sim, vt ille aiebat,  
Germanus, non Romanus.

Mirando prorsus nihil dixi, DEO teste,  
ὅτι καρδιογνώστη, quem nemo fallere potest. PP  
Ἐξήγησίν αὐτὴν in Nouum Testamentum  
policitus sum bono animo, & breui, Deo iuante,  
cum non possim amplius amicorum petitionibus  
resistere, Ecclesie iudici subiiciam. D. Beza  
autem enarrationem praefero certe multis, quas  
vidi & legi vnquam, & dixi nihil aliud, nisi esse  
adhibendum iudicium.

Non miror tantum, sed doleo ex animo, & re-  
cordor versiculorum, quos ante annos quatuorde-  
cim in Epiphanium meum dictauit D. Vitus Vin-  
semius medicus, qui literis manu sua scriptis, de  
hoc ipso ὑπέλαβον saepenumero conquestus est, vt  
demonstrari, si opus sit, potest. Versus hi sunt:

Multi multa citant, detorto in retia sensu,  
Et laudem tali praegnantem nomine querunt,  
Autores videas ipsos, sententia longē  
Est alia, & miseri percunt allegatores.

πρὶν ὑψηλὴ κένοια, πρὶν τε ἢ ἄδης εἰς ἑαυτὸν RR  
ἐγκώμιον. ὅστις δ' ἀφάνεια τύχας καὶ μαρνα-  
μύων, πρὶν τέλει ἄκρον ἰκέσθαι, vt te ad  
Platonem & Pindarum reducam, & vt sacras li-  
teras missas tua garrulitate facias, moneam.

G 4

Quando



Etsi autem Grammaticam tantum responsionem ad te instituimus in praesentia, cum res ipsa, de qua controuersia est, talibus chartis, qualis tua & haec nostra est, non possit explicari. Ne tamen autoritate tantum Magistri tui aduersus te utamur, considera etiam locum totum in Actis, & minus eris iniquus Gregorio & Collegis tuis. Explicat ille & confirmat caput id, quo profitetur Ecclesia in Symbolo, Christum ascendisse in caelos, & inde, id est, e caelis, non aliunde, venturum esse, seu reuersurum in terras ad iudicandum de uiuis & mortuis, sicut Christus ipse de se praedicat Synedrio Iudaico.

<sup>ss</sup> Ante igitur, quam e caelis in terras reuertatur, interea oportuit eum οὐρανὸν δέξασθαι, id est, caelum occupare, ascendendo in hoc, & inferendo in hoc humanam naturam suam, quae



Quando dicitur, Christum ascendisse in *SS*  
 caelos, ostenditur, verè eum esse glorificatum, &  
 caelestem gloriam, maiestatem & potentiam dia-  
 uinam habere, vt supra ostensum est. Quid au-  
 tem *VV*iteberge & ex sacris literis de verbo  
*O L O H* Ascendit, didicerim, an significationem  
 & usum huius, quantum ad presentem locum opus  
 est, intelligam, etiam de hoc, ne te pigeat, mi di-  
 sputator, cognoscere, vt iudicare possis. Hoc  
 enim verbum quando de Deo, vel gloria Dei ( de  
 hac enim in articulo Ascensionis agitur ) dicitur,  
 idem significat, quod recedere, subduci è conspe-  
 ctu, & oculis hominum, hoc est, disparere, quòd  
 eiusmodi res ceu caelestes & spirituales ( quale  
 etiam est Christi corpus, physicum quidem & ve-  
 rum *καὶ ψυχικὸν*, sed *ἐπὶ ἀνώγει πνευματικὸν*  
*καὶ ἐν δόξῃ καὶ ἐν δυνάμει*, vt Paulus etiam  
 de nostris corporibus loquitur ) cum è conspectu  
 nostro subducuntur, sursum ferri videantur, vt  
 Ezech. 11. Sublata est gloria *I E H O V A*. Gen.  
 17. Sublatus est Deus ab Abraham. Hanc phra-  
 sin imitatus Lucas de Christo dixit: *ἄφαντος*  
 inconspicius factus est ab illis. Vnde ex ista phrasi  
 cognoscere licet, Christum visibiliter sublatum,  
 ceterum nobiscum verè & essentialiter esse. Atq;  
 haec, si te non piget, vt ad Grammaticam adduca-  
 ris, poteris è Dictionario Hebraico D. Fòrsteri,  
 piæ memoriae, cuius iudicium, pietatem, doctrinam  
 & auctoritatem Ecclesia & Academia *VV*iteber-  
 gensis



gensis semper & meritò fecit maximi, copiosè  
cognoscere. Loquor autem hìc tantum de si-  
gnificatione vocabuli O L O H. Nam de articu-  
lo Ascensionis, vbi non disparentia tantum intelli-  
gitur, aliàs agemus.

Concedimus quidem tibi, corpus Christi pos-  
se esse physica locatione alicubi, sicut accubuit in  
Coena, pependit in Cruce, iacuit in sepulchro,  
ἠγίασμα, & contra Manichæos, & alios  
hereticos cum Augustino, & similibus Ecclesie  
Doctoribus, ostendimus, Christum habere verum  
& finitum corpus, & cum ipsum carnem &  
sanguinem, ac fratrem compellamus, hoc ipsum  
profitemur: sed vicissim à te, vt Christiano con-  
cedi nobis hoc volumus:

1. Christum, vbiunq; est, esse DEVM &  
hominem, vbiq; seruatis vtriusq; nature propri-  
etatibus.

2. Christum potentia diuinae nature sue  
posse facere, vt corpus suum sit, vbiunq; id vult  
esse.

3. Corpus Christi verè ibi esse, vbi expres-  
so verbo suo id esse dixit, vt in Coena etiam si illud  
fiat contra proprietates physicorum corporum.  
Omnipotens enim Christus est, & verax est.

4. Christum sedere ad dexteram Patris, vt  
Deum, siue Filium Dei, qui est ipsa dextera Pa-  
tris, ab eterno in æternum, & vt hominem.

Hunc



Hunc tu interpositum articulum inter ascensionem, & alterum de aduentu ad iudicium omit-  
tis semper, ideoq; te illius commonefaciendum esse,  
se, vt explices illum, commodè hoc fieri arbitra-  
tus sum.

Referam tibi etiam verba D. Philippi praece-  
ptoris, beatae memoriae: Corpus in quo resurrexit  
Dominus, (inquit Augustinus) in vno loco esse  
oportet, veritas autem eius vbiq; diffusa est. Hic  
Augustinus (haec verba sunt D. Philippi) loqui-  
tur de conuersatione visibili, qualem oportet esse  
docentis. Hanc negat competere Christo passim  
inter homines, quia oportet vno in loco, videlicet  
in caelis perpetuam eius esse conuersationem. Ne-  
q; verò quisquam mihi persuaserit, Augustinum  
hoc loco sic allegare corpus Christi ad vnum lo-  
cum, vt nunquam alibi esse posse confirmet, prae-  
sertim cum scriptura nusquam affirmet, Christum  
ita vno in loco esse, vt alibi esse non possit. Quid  
enim afferri potest, praeter humanae rationis iu-  
diciū, cur hoc modo includamus Christum in  
vnum locum? Haec Philippus, qui & alibi haec  
scripsit: Mori malim, quàm hoc dicere, quod  
isti affirmant, Christum suo corpore non posse  
nisi vno tantum in loco esse.



Et quæ ibi sedem habet ( nam diuinitas  
neq; cœlo neq; terra includitur, cum  
sit infinita ) &, quod consequens est,  
cœlo capi seu recipi vt inde quo as-  
cendit ad nos reuertatur, & descen-  
dat quem locum autem humana na-  
tura Christi occupat, eo & capi ip-  
sam oportet. Nam vt homo locum  
occupat, ita locus capit hominem, &  
sicut illud verba, ita hoc sententiam  
Euangelistæ interpretatur, Et quod  
ibi Petrus dicit & docet, magis ex-  
plicat hæc interpretatio, Dicit enim  
in cœlo eum esse, & locum quem ibi  
occupauit, & qui ipsum accepit, tene-  
re. ἄρχι θρόνων ἀποκατάστασις πάντων &  
diserte quidem ἄρχι, seu vsq; ad id  
tempus, Tum enim cœlo rursus ef-  
ferre id quod intulit, & quod iam in  
ipso cœlum capit, atq; ( vt sine ambi-  
guitate dicamus ) cœlo capitur, hu-  
manam scilicet naturam, & ostendet  
hanc iterum terris, sicut ipse de se  
prædicat, & præcones angeli reuersu-  
rum eum ita vt ascenderit, vt hostes

etiam

sibi  
aur  
lio  
mim  
mo,  
ou  
cum  
te, p  
ou  
γ  
Baji  
feria  
berg  
1  
sui e  
glor  
2  
tūm  
3  
sed d  
4  
tantū  
5  
Chri  
bi nu



LUTHERVS: Verè imaginantur isti Tt  
sibi iocularè cœlum, in quo sit collocatus thronus  
aureus, vbi Christus prope Patrem, ornatus pala-  
lio choralis, & corona aurea, sedeat.

Certa autem sedes Christi in cœlo est, & no-  
minatur dextera Dei, ad quam sedet Christus ho-  
mo, non ὀπικῶς siue localiter, non φυσικῶς  
οὐ πρὸς ἄπῳς, licet corpus sit finitum, physi-  
cum, ὡς πρὸς ἄπῳς, sed gloriosè, pari maiesta-  
te, potentia & gubernatione. Ὁ γὰρ δέξιον  
οὐ πρὸς κάτω χώραν δηλοῖ, ὡς ὁ ἄνω λό-  
γος, ἀλλὰ πρὸς ὁ ἴσον χέσιν, inquit  
Basilus.

Et vt seruiam lectori, recitabo breuiter, quid  
feria secunda Pentecostes ad Theologos VVite-  
bergenses scripserim de his quæstionibus:

1. Humana natura in Christo etiam post  
sui exaltationem non est omnipotens, quia Deus  
gloriam suam non communicat creaturæ.
2. Humana natura non potest esse nisi tan-  
tùm visibilis & compræhensibilis.
3. Exaltatio non de humana Christi natura  
sed de tota persona est accipienda.
4. Ascensio Christi ad cœlos de corporali  
tantùm locatione est intelligenda.
5. Humana Christi natura, siue corpus  
Christi est & manet corporaliter in cœlo, & ali-  
bi nusquam esse potest.

6. Christi



etiam eius videant quem transfixerunt. Etsi autem in hac etiam vita, coelis apertis vidit ibi Filium hominis astantem ad dextram DEI Stephanus ;

Ante

6  
nati  
one,  
sunt.

N  
qui i  
gus i  
quod  
Vict  
ter v  
re no  
huma  
ris pl  
bus,  
Chri  
dona  
nita,  
vng  
natur  
ngi  
sti g  
eter  
timet  
stum



6. Christi corpus non est alia qualitate or-  
natum, quàm quali nostra corpora in resurrecti-  
one, ipsius glorioso corpori conformia, futura  
sunt.

DE PRIMA QVAE-  
stione.

Nullum ex orthodoxis vel veteribus, vel novis,  
qui istam phrasin vsurpauerit, noui. Et ad vul-  
gus illa sparsa, quid quaeso efficit? Heu malum,  
quod inde emergit. Et memini ante quinquennium  
Victorino Lipsiae Collegium & auditoria prop-  
ter voces istas claudi, quæ in Christo locum habe-  
re non possunt, quicquid sane de proprietatibus  
humane naturæ dicatur. Manet substantia corpo-  
ris physici etiam in Christo, cum suis proprieta-  
tibus, quatenus scriptura non aliquid amplius de  
Christi corpore pronuntiat: sed potentia eiusdem  
donata humane in ipso naturæ, est diuina & infi-  
nita, non titulotenus, sed reuera, non physice, sed  
ὑπερφυσικῶς. Non tamen fit propterea confusio  
naturarum, sed corpus Christi verum, finitum. καὶ  
ἀγία πύλη, sursum, & in caelo, id est, in coele-  
sti gloria, & habitatione, ac luce & potentia  
æterna esse dicimus. Quod enim ad potentiam at-  
tinet, cum Paulo loquimur: Si cognouimus Chri-  
stum secundum carnem, sed nunc iam non nouimus.  
Cessante



Cessante enim infirmitate carnis, nihil in eo iam  
nouimus, nisi virtutem diuinitatis, quia totum in  
eo virtus est maiestatis diuinæ, vbi esse desijt infir-  
mitas imbecillitatis humane. Et absorpta per di-  
uinam maiestatem infirmitate corporea, nihil sa-  
cro resedit corpori, ex quo imbecillitas in eo car-  
nis possit agnosci. Ac per hoc, quicquid vel fuerat  
prius, vel est & manet substantiæ & naturæ du-  
plicis, factum est virtutis vnius, quia vna est per-  
sona, in qua æterna, assumens & diuina natura  
donauit & communicauit assumptæ, siue humane  
naturæ suam gloriam, virtutem & potentiam,  
non titulotenus, sed reuera. Et tamen humana  
in Christo natura semper est & manet subiecta  
diuinæ naturæ, sicut corpus animæ, & omne as-  
sumptum assumenti, euectum euehenti, & accipi-  
ens danti subiectum esse debet. Et habet certè  
Christus etiam in humana natura sua omnem po-  
tentiam, contra idiomata humane naturæ in ab-  
stracto consideratæ, & corporis physici. Et  
dicere, id negari in Propheta Esaias, mendacium,  
est, cum de persona & officio Christi Esaias lo-  
quatur, & idolatricos cultus, qui extra Christi  
agnitionem & inuocationem instituuntur, dam-  
net, & nihil aliud velit, nisi quod Actor. 4. scri-  
ptum est: Non est aliud nomen sub cælo datum  
hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri, nisi  
nomen IESV Christi.

DE



## DE SECUNDA

### Questione.

Secunda quorundam opinio per se concia-  
dit, si doctrina de Coena Dominica consideretur.  
Finitum Christi corpus esse, & sua natura visibi-  
le & compræhensibile, nemo negat, sed tantum-  
modo visibile illud, & compræhensibile esse oportere,  
absq; iactura veritatis cum omnipotentie  
Christi, qui suo corpore etiam  $\alpha\phi\alpha\upsilon\tau\theta$  fieri  
potest, ut Lucas loquitur, tum Coenæ Dominicæ,  
dicere neq; possumus, neq; volumus. In Coena enim  
inuisibile & incompræhensibile corpus adest, &  
verè distribuitur, & verè accipitur inuisibiliter,  
& incompræhensibiliter, contra proprietates hu-  
manæ naturæ. Dicere igitur, simpliciter idio-  
mata corporis phisici absq; omni exceptione,  
quam sacræ literæ faciunt, esse retinenda, manife-  
sta est iniuria, qua ipse Christus, & sacræ literæ  
afficiuntur.

## DE TERTIA

### opinionem.

Tertia opinio hodie à nonnullis introdu-  
cta, non caret suspitione latentis veneni. Exaltatio  
ad totam personam pertinet, inquiunt. Quomodo?  
Respondent, per communicationem idiomatum,  
vel seruatis vtriusq; naturæ proprietatibus (ut  
H etiam



etiam in hac doctrina quidam loqui non verentur,  
hoc modo subdole etiam exaltationem humanæ  
naturæ in Christo extenuantes ) vel, ut saniores  
aliqui loquuntur, secundum utramq; naturam. At  
verò diuina natura non exaltatur. Exaltatur igi-  
tur in Christo humana natura, cui dicitur: Sede  
à dextris meis. Sic enim orthodoxa antiquitas  
semper sensit.

Nazianzenus :

ἢ ἀνθρώπου ἐξίδη θεότητι ἕξια  
εἶς γὰρ αὐτῆ τῆς ἀνθρωπότητος

Athanasius.

Excelsus non exaltatur, sed caro  
excelsi exaltatur.

#### DE QVARTA OPINIONE.

Suprà in primo alphabeto literâ p verba  
recitata fuerunt.

#### DE QVINTA OPINIONE.

Hæc opinio Christum, quatenus homo est  
non alibi, nisi in cælo esse, & corpus Christi cæ-  
lo, ut loco, contineri, & à nobis tanto locorum  
interuallo distare, quanto cælum abest à terra,  
omnem potentiam humanæ in Christo naturæ com-  
municatam & donatam eneruat, & doctrinam de  
præ



praesentia veri corporis Christi in Cœna, siue verba institutionis planè corrumpit, & mendacij arguere conatur, atq; ita cum omnipotentiam, tum veritatem & promissionem Christi destruit.

## DE SEXTA opinione.

Hæc opinio, sine exceptione, quam ipse quoq; Theodoretus addit, à Paulo non accipitur. Erunt quidem corpora nostra conformia glorioso corpori Christi, & nos quoq; participes redemur diuinæ naturæ, vt Petrus testatur, sed Filius hominis tamen propter vnionem hypostaticam diuinæ & humanæ naturæ, & sessionem ad dexteram Patris, obtinebit autoritatem & præminentiam præ consortibus suis, vt magister præ discipulis, sol præ reliquis stellis, dominus præ seruis, Redemptor & saluator præ redemptis & saluatis.

Hæc igitur scripsi optimo animo, & optimè accepta illa fuisse, minimè dubito. Per occasionem autem datam à disputatore meo inserere his eadem volui, vt alijs de tanta re altius cogitandi occasionem præbeant.

H

Hic



V 11  
☞ Con-  
tra senten-  
tiam Cor-  
poris Do-  
ctrine hæc  
omnia di-  
cuntur.

**Ante tamen hoc tempus, quod in  
terras descendurus sit, aut hoc quod  
in cœlum intulit terris exhibiturus,  
nusquam scribitur. Ne vero post-  
quam in cœlum ascendit, nobiscum  
esse desineret, Spiritum sanctum su-  
um inde in terras eum misisse scri-  
bunt Ignatius, \* & Tertullianus, ut  
hunc arrabonem haberemus & per  
hunc nobiscum esset usque ad consuma-  
tionem seculi, id est, ad tempus hoc  
reuerſionis suæ.**

\* Uterque horum corporalem Christi præ-  
sentiam, & veri corporis manducationem affir-  
mat, & tecum, disputator, de absentia corporis  
Christi minime consentit.

Transsubstantiatores quidem sa-  
crificuli idolatræ gloriantur se posse  
Christum in terras reducere in Mis-  
sa sua, quoties velint, ideoque suum  
ordinem præstantiorem esse Maria  
virgine, quæ semel tantum Christum  
in mundum intulerit, & hi tamen sic  
etiam cœlo eum se retrahere non au-  
dent affirmare, ideoque eum ibi esse,  
non negant, & si eo ascendisse Chri-  
stum negarent, se fidei articulum  
contra scripturam euertere intelli-  
gerent



Hic Disputator planè se prodit, & à Con- V u  
fessione nostrarum Ecclesiarum de corporali præ-  
sentia Christi in Cœna (vt etiam in Corpore do-  
ctrinæ illa continetur, articulo decimo Confessio-  
nis & Apologiæ) se & suos socios manifestè, &  
sine circuitione segregat, vt amplius, num Sacra-  
mentarius ipse sit, & Confessioni de corporali  
præsentia Christi in Cœna, ex professo contrari-  
us, quæstione opus nulla sit. Prætextus igitur  
est, καὶ χῆμα φαντασικόν & fucus, quo boni  
multi decipiuntur, quicquid ille de Corporis do-  
ctrinæ sententia, in hac doctrina πρὸς δειπνῶν  
proferre solet. Reuocet hæc verba sua, & di-  
cemus, eum cum Corpore Doctrinæ consentire.  
Si verò persistet in defensione suorum horum ver-  
borum, à Corporis Doctrinæ sententia & Con-  
fessione nostrarum Ecclesiarum alienum eum esse  
demonstrabimus.

H 3

Ex



gerent; neq̄ locum eis in Ecclesia  
amplius concedi posse. Cauent igitur  
sibi cautores isti minus incaute, quam  
tu tibi, & cōminiscuntur aliquid inex-  
plicabile, & transubstantiationem e-  
iusmodi, quæ ad ἀνυπόστατον aliquid  
recidit, cum sic tamen cœlitus no-  
uam substantiam creari aut transfun-  
di fingant.

Xx Cum his vero dum facere tibi  
non libet, ne detractioe aliqua opus  
sit, aut in cœlo corpus Christi quæ-  
rere necesse habeas, humanam natu-  
ram Christi ubiq̄ esse fingis, quem  
in cœlum ascendisse negare non au-  
des, & si re negas, quod verbis pro-  
fiteris. Quod autem in cœlum in-  
tulit, ideo eo intulit, vt ibi esset, cum  
ubiq̄ esse non posset, ne quod est,  
esse desineret, & ubiq̄ esse corporis  
proprietas est contrarium, neq̄ im-  
becillitas sed proprietas corporis.  
Is autem CHRISTVS, quem co-  
lit Ecclesia ipsius, verus DEVS  
est, & verus homo, & vere quidem  
vtrunq̄, quorum vtrum ei detraha-  
tur, desinit esse σωτήριος.

Sicut



Ex ijs, que supra dicta sunt, mendacium  
quoq; hoc dignosci & dijudicari poterit. **Xx**

**H 4**      **Disputa**

fla  
ur  
im  
x/  
e  
id  
o/  
n/  
  
bi  
us  
e/  
u/  
m  
u=  
o=  
n/  
m  
t,  
is  
n/  
s.  
o=  
S  
m  
ae  
ie





X Sicut pie scribit is, quem tu non ma-  
gnificas Martyr Christi Vigilus: Hic  
homo in caelum ascendit, ut ibi sit,  
ubi & quæri illum iubet Apostolus.

Nam quod ubiq; est nusquam est,  
& ne in caelo quidem, & inde, dicit  
Symbolum, id est, de caelo quo ascen-  
dit, & ubi iam est, venturus est seu  
reuersurus in terras, sicut enim ascen-  
sione ei opus fuit ut ibi esset, ubi non  
erat, ita ut venire, inde & reuerti po-  
ssit, iam in caelis eum esse oportet, &  
caelum occupare, & quod consequens  
est, caelo capi, q; occupauit, Quomo-  
do enim reuertetur, qui iam adest? &  
maiestas illa uestra si iam eum præ-  
sentem facit, non habebit necesse in  
terras reuerti, sicut & in caelum ascen-  
sione non fuisset ei opus, si ubiq;, atq;  
ita tum, etiam in caelo fuisset cum tū  
etiam corpus circumferret glorifica-  
tum. Humana autem natura diuinā  
capere non potest, & diuina cum infi-  
nita sit caelo etiam capi aut inclu-  
di non potest sed ubiq; est, ut Psalmus  
etiam docet, cum sit infinita (etiam si  
Patrem

se.  
ut m  
cat q  
strun  
osten  
que  
dispu  
rali s  
ne )  
bis ex  
spirit  
tur )  
esse.  
posita



Disputator iste planè inuertit statum cau- **Y y**  
se. Non enim hîc disputatio est de Ubiquitate,  
vt multis & odiosis ad fastidium vsq; verbis incul-  
cat φαρὸς δαίμων iste, cùm tamen nemo sit no-  
strum, qui eam afferat, doceat, & defendat. Et  
ostendit mea Pædagogia in loco de dextera Dei,  
quæ sit mea cum Ecclesia sententia. Hæc est autem  
disputatio & quæstio, & hic status est, Corpo-  
rali scilicet præsentia ( vt habet Corpus Doctri- **ED**  
næ ) Christum in Cœna esse, & corporaliter no-  
bis exhiberi in Cœna secundum carnem, & non  
spiritualiter tantum, ( vt hic disputator arbitra-  
tur ) sed etiam participatione naturali in nobis  
esse. Hoc si concedis, Disputator, iam res com-  
posita est, vt supra dictum est aliquoties.

H s Finita



Patrem coelestem Christo docente  
& in caelo Deum esse dicimus, &  
Spiritus Dei in terras demissum.)  
Humana igitur infinita, non est am-  
plius humana, & quod fuit, esse de-  
sijt. Secundum vestra igitur, quid  
de Christo in caelum ascendit? &  
quid iam de CHRISTO in caelo est  
quod inde in terras reuertatur? Si-  
cut habet Symbolum Christianum.  
Atq; vt vno verbo dicamus omnia,  
Nisi Christus est in caelo, nos non  
ibi erimus. Sicut enim nisi e morte  
resurrexisset, nostra nulla esset a mor-  
te resurrectio, ita & in caelum ascen-  
sio nulla, nisi ipse ascendisset, neq;  
πολιτεῖα nostrum in caelo esse poss-  
set aliquod, & vita ibi aeterna, nisi  
ipse morte sua hoc sibi peperisset,  
vt ingrederetur in hanc gloriam su-  
am, qua rex fieret, & caput populi  
sui.

&

sti  
pot  
Chr  
cun  
per

Chr



Finita est humana natura, & corpus Chri-  
sti finitum est, sed infinita uolūtatē est  
potentiæ in unitate personæ, ideoq; etiam caro  
Christi adoratur, & est uiuifica, non per aut se-  
cundum sese, sed quia unita est Filio Dei in vnā  
personam.

Hæc ad fructum siue effectum ascensionis  
Christi pertinent.

129



zz & iam esset ipse in cœlo, & inde ven-  
turus nos secum eodem extolleret,  
sicut scriptum est, fecit nos sedere in  
cœlestibus cum Christo, Nemo enim  
ascendit in cœlum, nisi filius Dei, qui  
descendit, & in cœlum reuertendo  
ascendit, & qui iam ibi est, & ad nos  
secum eodem euehendos inde est in  
terras reuersurus, atq; oportet hoc  
etiam modo eiusdem formæ nos esse  
cum imagine Filij Dei, vt in cœlum  
ascendamus, & transferamur. Hæc  
non sunt verba humanæ sapientiæ,  
etsi de re non instituimus disputatio-  
nem in præsentia, & aduersus eos,  
qui vero corpore Christum spoliant  
& diuinitatem ei affingunt corpora-  
tam, corpus ei tribuendo Eutychar-  
um, quod sit vbiq; &, quod conse-  
quens est, nullibi, ideoq; etiam cor-  
pus verum nullum,

AA Aduersus hos igitur confessionem  
suam edet schola nostra peculiari scri-  
pto, quod iam sub prælo est, quo si-  
mul tuæ etiam chartæ rationibus de  
hac re & testimonijs respondebitur.  
Sicut.



In caelo ] id est, in caelesti gloria, & luce, & ZZ  
[ adde ] sederet ad dexteram Patris, & c. Vt enim  
non sunt vnus & idem articulus, Ascendit ad cae-  
los, & sedet ad dexteram Patris, sed sunt duo di-  
stincti articuli, quorum alter alterum explicat, &  
quid ascensionem siue exaltationem secutum sit, vi-  
delicet, sessio Christi hominis ad dexteram Dei  
Patris omnipotentis, ostendit, ita nunquam cum de  
Ascensione dicitur, omittendus est articulus inter-  
positus inter ascensionem & reditum ad iudici-  
um, videlicet, articulus de Sessione ad dexteram  
DEI, id est, de glorioso imperio, & diuina ma-  
iestate & potentia data siue communicata reuera  
Christo homini, ita vt Christus licet in caelo sit,  
tamen Dominus caeli sit, & caelum non sit conti-  
nens locus, sed sit contentum, vt etiam Scholastici  
quidam locuti fuerunt.

Sed de his copiosius forsitan alias, quae expe-  
diri chartis breuibus non facile possunt, & tamen  
ideo etiam mentione aliqua sunt attingenda, vt  
ostendatur, in caelo esse, non significare caelo, vt  
loco capi, & corpus habere physicum.

Obsecraui, obtestatus sum, & periculum indi-  
caui, verbis ijs, quae vt adiiciam, viris pijs & bonis AA  
aduersum esse non arbitror: Si prodierit liber ve-  
ster Germanice scriptus, si vnquam confusio fuit, si  
contentionum & discordiarum fax vnquam ac-  
censa est, si via ad principum etiam animos irri-  
tandos, & aduersus se inuicem exacerbandos, &  
ad vulgus horrendum in modum concitandum, &  
inter



Inter se committendum vnquam strata fuit, si dis-  
putationibus perniciosissimis aperta est fenestra  
vnquam nostra ætate, aperietur profectò, & con-  
iurato quasi exercitu confluent mala, quæ facile  
curari non poterunt. Potest fieri, vt hæc mea  
verba ex animo candido, & optime vobis cupien-  
te, vt fas & par est, profecta, vel irrideatis, vel ni-  
mis magnanimo & iracundo flatu contemnatis.  
Sed tamen vt benè monentem audiatis, rogo, &  
discessionem omnem pietate & prudentia auera-  
tatis. Discipulus, filius, frater, & amicus esse vo-  
lo vsq; ad aras, si talem me esse volueritis, plura  
promittere non possum, &c. Præterea, vt apertè  
dicam, quod sentio, & mecum multi pij & sapie-  
ntes sentiunt, mirum profectò est, sopitis ferè istis  
quæ hætenus turbas dedere & mouere, restanti-  
bus paucis quibusdam velitationibus, quas tempus,  
Deo dante, sedabit & ipsas, nouam tragoediam  
quasi ex composito *νοῦ ἐκ προαγγελῆσαι* incipere,  
& Ecclesias VVirtenbergicas, Brunswicenses,  
Lüneburgenses, Saxonicas, Anhaltinas, & alias  
multas noua irruptione non offendere tantum,  
sed irritare, & à se quasi abalienare, cum tutius  
multò esset, Deoq; & Magistratui gratius, & pu-  
blica & priuata tranquillitati salutare, & consci-  
entijs consultum magis, accersere omni humanita-  
te, *Ἐλευχία*, pietate & officijs ad se alios, &  
sibi conciliare animos multorum, quàm vlla ratio-  
ne causam temerario & iuuenili impetu præbere  
simulatibus.



simulatibus, indignationibus, & discessionibus,  
quæ ex Ecclesia etiam politias plerunq; inuadunt  
& adoriuntur, & magnarum mutationum sepe  
cause & irritamenta sunt. Mori malim, & exu-  
lem agere, & extorrem, quam vlla consensione,  
nedum culpa reum fieri distractionis istius, præ-  
sertim rebus in Ecclesia & in politia ita profecto  
non stantibus, sed pendentibus, sed fluctuantibus,  
sed ruinam quotidie minantibus. Quicquid enim  
dicatur, quid ille, quid iste scripserit, dixerit, do-  
cuerit, certè in vna eademq; fide & confessione  
vnum habemus Deum, vnum Christum omnipo-  
tentem DEVM & hominem, vnum Spiritum  
tum, vnam legem, vnum Euangelium, vnam fiduciam  
am, vnam consolationem, vnam spem, vnum Baptis-  
mum, vnam Coenam, vnumq; & idem in hac Chri-  
sti corpus, & vnum sanguinem, cuius naturali  
participatione compotes reddimur, vnam absolu-  
tionem, vnam orationem, vnum accessum ad gratiæ  
thronum, vnam salutem, & vitam æternam. Quid  
maceramus & enecamus igitur nos inuicem, &  
hostibus omisissis in nos mutuo irruimus, & nosmet  
ipso ambitione & præeminentiæ affectatione im-  
pulsî, atrociter & nominatim accusamus, defor-  
mamus, traducimus, calumniamur, & mendacijs  
obruimus? Quiescamus potius, demus inuicem  
manus, policeamur fraternam amicitiam, fidem,  
& constantiam in agnita veritate, deponamus cri-  
stas, & fastum, sepeliamus offensiones, & sepona-

1144



Sicut autem res & sententia, ita no-  
B B tæ etiam rerum verba, interpretatio-  
ni & paraphrasi ei, quam Gregorius  
vsurpat, & nos secuti sumus minime  
repugnant,

10

m  
re  
no  
de  
di  
et  
bi  
ita  
ô  
ste  
Fil  
vu  
fid  
ner  
ma  
ô  
me  
ista  
men  
quo  
Ch  
ref  
sum  
rese

o



mus iniurias priuatas propter gloriam Dei, & in  
re cum sit consensus, vt adhuc in plerisque video,  
non moueamus bellum de phrasibus, quæ rectè &  
dextrè intellectæ non nocent Ecclesiæ, nec de nobis  
dici patiamur, quòd autores simus dissensionum  
etiam politicarum, vt fieri necesse est, quod super-  
bi, securi & arrogantes spiritus videre nolunt, si  
ita velimus procedere, quod ne fiat, prohibeas tu  
ô Sarschalom Fili Dei, Domine noster Iesu Chri-  
ste. Breue restat tempus, & videbimus ipsum  
Filium Dei, quem in dissidijs tantis volutati quo  
vultu intuebimur iudicem? Pudeat nos fidei, per-  
fidie inquam nostræ, si tales sumus, & tales ma-  
nemus. Meum animum perspicias tu, & lachry-  
mas meas tibi soli cognitæ in virem tuum colligis,  
ô Fili Dei Domine noster Iesu Christe, & quam  
me exerceat & excruciet malitia & petulantia  
istâ, tu ipse nosti, & cani mei, & breuis vitæ sta-  
men & curriculum, quod adhuc superest, si modò  
quod superest, testantur. Miserere nostri, ô Iesu  
Christe, & sis medicus meus animæ & corporis, &  
respice nos miseros in his fecibus mundi. Ah quid  
sumus? quò peruenimus? In quæ tempora  
reseruati sumus? Veni & vide.

Gregorius I allegans hereticorum verba,  
& versionem: Oportet Christum à cælo capi. **B. B.**

I

Hic



CC Is enim Christus, qui in cœlum ascendit, & ut verus homo cœlum occupat, cœlo etiam capitur & continetur, & de quo fieri oportuit ut cœlum occuparet, is etiam oportet, ut cœlo capiatur seu recipiatur, & cœlum sit huius *δοχῆον* seu *δεξάμνον*. Ante etiam quam in terras de cœlo reuertatur, cœlum ut prius occupet, & interea eum hoc capi seu recipi oportet, *ἀρχὴ ἰσχύων ἀποκαταστάσεως*, ut diximus. Tantum enim de his rebus scriptura nos docet, & secundum hanc ita de his verba nos facere oportet, non aliter. Quod idem nobiscum dicunt omnes illi, quorum testimonia aduersus nos admodum incogitanter adducit charta tua.

DD Si enim Christus non est tropice aut allegorice in cœlo, sed reuera, si cœlum suscipit, excipit, occupat reuera, etiam re & veritate cœlo eum capi oportet.

Capit



Hic disputator non nouit doctrinam de ascen- **CC**  
sione Christi ad caelos: non nouit, quid sit, Chri-  
stum ascendere: non nouit, quid nominetur caelum.  
Ideo physico suo & beluino more irruit in myste-  
ria sacrosancta, & securè & impiè disputat de  
ijs, quorum grauitatem & sanctitatem cor ipsius  
nunquam degustauit, ut si nihil aliud, hoc unum  
satis superq; testatur, quod nimirum ratiocinari  
ita solet: Christus coepit caelum, Ergo, Christus  
capitur caelo.

Afferas pietatem, & humilitatem, & po-  
stea ueni & uide, nisi conteri uelis ab eo, ad quem  
dixit Iulianus: Vicisti tandem Galilae.

Quanta audacia haec est, & serpentina  $\pi\alpha\alpha$   
 $\nu\beta\gamma\iota\alpha$ . Vbi enim Coenam reponit iste? de qua in **DD**  
charta, quam nominat, mea, ex Catechismo graeco  
haec referuntur: Quemadmodum Filius Dei homo  
factus est, & passus carne, & resurrexit ex mor-  
tuis, & assumtus est, sedet è dextris Patris omni-  
potentis, reuera & sine omni allegoria atq; com-  
mento, & ficta animi intelligentia, non tamen ille  
circumscriptus loco, aut cogitatione humana, sed  
ita ut capere vlla creatura, & effari elocutio, &  
comprehendere mens hominum nequeat: Sic &  
corpus & sanguis Iesu Christi, distribuitur in  
Ecclesia secundum ordinationem Dominicam, ve-  
rè quidem, & reipsa, non tropica, aut figurata  
verborum significatione, sed iudicio simplicis si-  
gnificationis, &c.



**EE** Capi autem cum Christum cœlo  
dicimus, Latine loquimur, non car-  
cere detineri districtum eum & allig-  
gatum ibi significantes, sed quod lo-  
cus ille eum capiat, cum in cœlum e  
terris ascenderit, & inde sit in terras  
reuerfurus, sicut cum dicimus vna in  
domo capi familiam, quæ libera est,  
Et similia. Audiuius enim vos ho-  
mines suaues & facetos in peruersa  
interpretatione verbi huius risum  
captare non valde ridiculum ad nos  
exagitanos

**FF** Ex his omnibus statuere iam ti-  
bi in promptu est, quid illa Gregori-  
ana interpretatio, qua nos vsi sumus,  
& quam inclementissime ἀναθεματίζει  
charta tua, præ altera præstet, Expli-  
cat sententiam Euangelistæ & Apo-  
stoli multo quam altera euidentius,  
Eutycharum blasphemias refutat,  
Christum verum hominem esse de-  
monstrat, & vere in cœlos ascendi-  
sse, & vere eum ibi esse & degere, vt  
inde ad nos eodem euehentos re-  
uertatur, &c,

Qualis



Latine omnino loquimur: Christus coelum **EE**  
accepit. Qualis enim haec Latinitas, & quam  
Ciceroniana elegancia dicere, Arma cepit, Op-  
pida cepit, Pecunias cepit, idem esse, quod, Ar-  
mis captus est, Oppidis captus est, Pecunijs ca-  
ptus est? Aut forte ludis cum Lucano:

Te cum statione peracta  
Astra petis serus: praelati regia caeli  
Excipiet gaudente polo &c.

Sed quid fiet? Christus captiuitatem cepit,  
& captiuam duxit. Num eum oportet capti-  
uitate capi? num Victor ipse iam victus est?  
Num Dominus caeli iam seruus caeli fit? & qui  
caelum tenet, num iam caelo tenetur? At hi  
lusus procul à Christianorum auribus facessant.

Gregoriana ] Gregorij peruertens sen- **FF**  
tentiam, id est, vt paulò antè dixisti, peruersa  
interpretatio, risu digna. Statuant autem ex  
his omnibus pij & boni, quod Christiano homine,  
fide & conscientia recta dignum fuerit.

I S

Mes



GG Qualis cum sit oramus te, vt cum  
bona gratia tua hac vti nobis liceat,  
aut si hoc non potes largiri, ne re-  
prehendas saltem, quod factum est a  
nobis animo simplici, qui neminem  
offendere voluimus, Sicut nos etiam  
non reprehendimus eam, qua tu v-  
teris cum sit orthodoxa vtraq;. Si  
tamen omnino te offendit Gregoria-  
na interpretatio, quietis publicæ cau-  
sa non vtemur ea amplius, dummo-  
do de re nulla sit inter nos contro-  
uersia, & hoc modo te habeamus æ-  
quiores nobis & rebus nostris, cum  
per se etiam *λογομαχία* in Ecclesia  
turbare non debeant.

HH Quæ tamen in disputationem de  
interpretatione verborum Lucæ tu-  
am inferis, aliena sunt omnia, quæ-  
dam autem fidei Christianæ, & Sym-  
bolis huius, vt vides, contraria.

Quod



Mea pace ire licet vel εἰς μακρῶν. Ego G &  
verò cum pijs omnibus :

Ζητῶ Νῶε κίβωτον ὅπως μόρου ἀνάνη  
ἐλεύσω.

Omnia illa, quæ commemoravi, ex Confessione  
ne nostrarum Ecclesiarum deprompta sunt, nihilq; HM  
alienum est, multò minus, ut tu mendacissime dispu-  
tator fingis, fidei Christianæ & Symbolis huius  
contrarium. Tu fortassis nec vitam nec mortem tu-  
am consideras, ideoq; incogitanter & impiè re-  
prehendis Ecclesiarum nostrarum omnium Con-  
fessionem de Ascensione, & de Sessione ad dexte-  
ram. Ut autem scire possimus, qualis sis, osten-  
de, quid dicas alienum, & fidei veræ & Symbolis  
contrarium. Si quicquam probaueris, donabo  
tibi salutem animæ meæ. Nam ut mori & sala-  
uari cupio, ita certum me esse de Confessione  
mea, quæ est totius Ecclesiæ, certò scio, & tuis  
mendacijs contumeliosissimè lacesitus prouoco ad  
omnium Ecclesiarum in Saxonia, Misnia, Turin-  
gia, & alibi, iudicia, & testimonia.



II Quod restat igitur pro affectio-  
ne erga te optima nostra, qua te secus  
merentem complectimur, oramus te,  
in primis propter veritatem Christi-  
anam, & Ecclesiae quietem, atque per  
tuam etiam salutem & dignitatem, te  
& oramus & hortamur, ne attentus  
KK neque conuellas ea, quae sunt in Sym-  
bolis nostris Christianis, de Ascen-  
sione Christi in caelum, & reuersio-  
ne huius inde, & non aliunde in ter-  
ras. Neque enim te facere hoc feret  
Ecclesia, cum omnium orthodoxo-  
rum & semper fuerit, & nunc etiam  
LL hac de re sit *μία καρδία καὶ ἓν ἦν καὶ μία*. Et  
de Sacramentis ne sic differas, ut arti-  
culos fidei euertas, cum per haec fides  
stabiliatur & confirmetur.

MM Nostra autem de venerabili Sa-  
cramento Coenae Domini doctrina &  
confessio ante oculos est, & in mani-  
bus omnium qua una & eadem vtun-  
tur harum terrarum Ecclesiae iam  
inde ab initio instauratae veritatis E-  
uangelicae, quae & in Catechesi nostra  
iisdem verbis, quae Praeceptores no-  
stri



ὡς λυκοῦ ἄρνα εἰλέ.

II

ὡς ἀπόλοιτο κακῶς ὅσις τοιαῦτά γε ζέζοι. KK

LL

Μία καρδία est de omnibus fidei articulis, et de Sacramentis, ac in primis σωματικῆ πρῆξις Christi in Cœna, ut ex Græcis et Latinis Ecclesijs Corpus Doctrinæ in Apologia ostendit. Stabilitur fides per Sacramenta, et tamen, quo ad materiam et substantiam, (de qua tecum nunc ut agatur, prolixum nimis fuerit, donec fortassis aliàs volueris) differentia est magna. Græca Ecclesia etiam hodie ita canit et orat:

πλὴν ὑπὲρ ἡμῶν πληρώσας οἰκονομίαν, καὶ τὰ ὑπὲρ γῆς ἐνώσας τοῖς οὐρανοῖς, ἀνελήφθης ἐν δόξῃ χριστὸς ὁ θεός, οὐδ' ἀμόδιον χωρισθόμενος, ἀλλὰ μόνον ἀδιάσπαστος, καὶ θεῶν τοῖς ἀγαπῶσί σε, ἐγὼ εἰμι μετ' ὑμῶν καὶ οὐδέ τις κατ' ὑμῶν.

Et de Cœna: εἰς ἄφεσιν ἡγείσθω μοι τῶν πηλοσμάτων, τὸ ἁγιοῦ σου σώμα καὶ θεῖον αἷμα, &c.

MM

Confessio extat in scriptis Lutheri contra Sacramentarios, et in Catechismo: in confessione Augustana et Apologia, ubi corporalis presentia, secundum carnem, et manducatio, quæ fit participatione corporis naturali affirmatur. Hanc

1 5

Cono



stri nobis praescripserunt, repetita est  
a qua & non sumus, D E O iuante,  
recessuri.

NN Pone suspiciones, quae peccatum  
habent, quas & caritas Christiana  
non usurpat neque admittit.

OO Et, cum domum habeas, noli ha-  
bitare in alterius corde aut capite,  
sicut ille dicit in Comedia, Neque sus-  
PP mas tibi, ut, quo consilio hoc aut il-  
lud, hic aut iste faciat aut dicat, pro-  
nuncies atque ita de suspicionibus tuis  
insimulationes ne texas, & in vulgus  
spargas contra caput & vitam inno-  
centissimorum hominum & amico-  
rum tuorum & multarum regionum  
quietem & salutem.

Quod tibi non est obuium aut  
expeditum, ne statim reprehende,  
abijce, damna in alijs. Dies enim di-  
em docet. Haec omnia Flacianorum  
sunt a quibus te alienum esse osten-  
disti haecenus, nisi contagio horum  
tibi nocuit *ἡγορία οὐκ ἐν βαρβαρίαις*. Et  
quod contestationes inculcatae tuae  
praes-



Confessionem si probas, cur digladiaris? Si non  
probas, cur non aperte fateris? Cogita de can-  
cri sermone, ne verus aliquando fiat: οὕτως εἶδῃ  
ὡς πρόθευ ἐν δαυ καὶ ἀπλῶς εἶναι.

Num suspiciones sint, ex ijs, quæ hæcenus per-  
legimus, pius lector iudicare poterit. Caritatis au-  
tem Christianæ exemplum in hac disputatione il-  
lustre proposuit is, qui ab omni Christiana carita-  
te se alienissimum, & mendacijs & calumnijs  
deditissimum esse, strenue probavit. NN

Domum habeo, Dei beneficio, pietatis & ho-  
nestatis studiosam. Te autem tui præcepti memo-  
rem esse velim, ne οὐδὲ πρός λύσειν nugas agas in  
mysterijs diuinis, sed διαφορικῶς tua cures. OO

Repeto, Sigaion, meum illud, Psalm. 7. PP  
quem propter tuas calumnias cum reddiderim  
qualicumq; versu, huc apponere visum est, ut le-  
ctor aliquid habeat, quo & ipse aduersus iniurias  
munire sese possit.

**A** Vdi Deus: fido tibi, me do tibi,  
Me libera, saluumq; fac, & eripe  
De persequentibus meæ vitæ statum,  
Ne forte ceu Leo ferox me deuorent,  
Dum non adest, qui non nocentem liberet.  
Tu namq; testis es mihi, si talia,  
De qualibus traducor insons vndiq;  
Feci reus, si sunt manus tales mihi,  
Factis & vnquam reddidi iustis mala,

fi



præfaneur & interfantur, id moribus  
& vita exprime atq; repræsentata, ne  
sint contrariæ ijs, quæ facis,

Cætera alias.

Nunc chartam tuam cum hoc au-  
ctuario, & minime quidem facetam,  
tamen cum corona tibi remittimus.  
Nostram autem Catechesin prodesse  
cupimus Ecclesiæ orthodoxæ, & ut  
confidimus, iam præstat hoc, & præ-  
stabit deinceps. Quod nisi fiat,  
nos ipsi sponte nostra hanc abolebi-  
mus, neq; dum a te aut alijs hoc fa-  
cere admoneamur rem differemus.  
Sumus enim salutis & quietis publi-  
cæ non minus quam tu studiosi, vel  
aliquanto etiam magis.

Gratulari

Tr  
Vin  
En  
Hos  
Ver  
Et h  
Me  
Dab  
Vt o  
Con  
I  
Vinc  
Pun  
Iuxt  
Cauj  
Qua  
Ah f  
Rec  
Qui  
Præf  
T  
Tanc  
Et sin  
Iustu  
Dieb  
Agat  
Arcu



Si candidus minus fui, si non amans  
Tranquillitatis, atq; pacis aureæ,  
Vindicta si priuata cor rupit meum,  
En hîc ero me compræhendat opprimens  
Hostis meus, vitamq; mergat in lutum,  
Vertatq; honoris nomen in nihilum mei.  
Consurge & ira vindica me debita,  
Et hostium furoribus sis fortior.  
Me muneri meo, quod ipse tu mihi  
Dabas, tua nunc dignitate reddito,  
Ut colligantur ad tuum templum pis.  
Consurge propter hos, tui Dux agminis.  
En hæc precans exaudior, Iudex Deus,  
Vindex Deus, iustus Deus seruat suos,  
Punit malos. Ah tu Deus me iudica,  
Iuxta meæ ius conscientia, & meam  
Causam vide, & cognosce, quam non sim reus,  
Quam mecum agant peruersæ, atrociter, malè.  
Ah finis ab sit impiorum te Duce,  
Rectos, piosq; , nam potes, tu promoue,  
Qui corda, qui renes probas, & omnia  
Præsens vides, occulta sint nimis licet.  
Tu tu Deus, scutum mihi firmissimum,  
Tandem pios, piamq; causam protegis,  
Et simplicis candore gaudes pectoris,  
Iustusq; iudex singulis profers minas  
Diebus, & ni poenitentiam mali  
Agant, ades bellator, & gladium moues,  
Arcumq; tendis, tela mittis fortiter,



† Gratulari tamen nobis possu-  
mus, si ita est scripta, vt iniquissima  
censura malevolentissimorum ho-  
minum nihil reperiat aliud, ad re-  
prehendendum, quam quod notat  
charta tua, cui Bibliopolæ nostri gra-  
tiam confitentur & debent omnino.  
Notatione enim tua effectum est, vt  
omnia exempla distraherentur, quod  
vt fit, vnusquisq; qualis ille liber es-  
set, de quo controuersia extitisset,  
cognoscere vellet, atq; ita in plurium  
manus ille veniret. Hoc vt gloriæ  
Dei, & veritatis propagationi serui-  
at, iterum optamus, atq; vt fiat De-  
um oramus, per Christum Dominum  
nostrum.

Postremo

Et  
Infe

Ver

Et c

Fall

Qu

Opp

A

Qu

Lat

Alti

etiam

cus, n

si ver



Et vasa & instrumenta mortis noxia  
Infers malis, & contumaces opprimis.  
En hostis iste cogitationibus  
Versat malum suis, nefasq; parturit,  
Et concipit dolos, parit mendacium,  
Fallitq; falliturq; & in lacum cadit,  
Quem struxerat, fax proprij infortunij,  
Oppressus arte propria amittit caput.  
At gratias dicam meo magnas Deo,  
Quod iustus est, & innocentes liberat.  
Laudabo nomen ipsius sanctissimum,  
Altissimoq; læta promam carmina.

De his legantur iudicia Ecclesiarum scripta  
etiam ante notationem meam, in qua tamen nec lo-  
cus, nec persona, nec quicq; in specie, uti vocant, nisi  
si verso sententiæ Petri infelix, nominatur.

Quare



q q

Postremo cum bellum denunci-  
es amicis & inimicis ( vtrosq; enim  
R R nominat charta tua ) vide ne irrites  
aduersus te eos, qui immaturis scrip-  
toribus leoninam detrahere possunt  
& solent, quod tuæ etiam existima-  
tionis causa quæ nostram simul com-  
plectitur, accidere tibi nollemus &  
S S te legendo quam scribendo occupa-  
ri, nunc etiam rectius esse existima-  
mus. Tutius autem tibi esse tua  
sponte intelligis, etiam de nostro ex-  
emplo. Neq; te fugit, quæ quis facit  
alteri idem ab alijs ei expectandum  
esse. Cum quanto autem periculo  
nostro, sine vlla causa, & nos & scri-  
pta nostra ad omnes infamaris, Scho-  
lamq; nostram ad plurimos suspec-  
tam feceris, literis etiam eorum di-  
scimus, qui ad suos huc scribunt ita  
vehementer, vt hac de causa auoca-  
tuos etiam eos se minentur, nisi rem  
aliter se habere didicerint.

Quod



Quare, disputator, hæc omittis? [ mibi ami- **Q Q**  
cis omnibus & singulis, qui Christi ꝛ Deo Deo  
πs, Emanuelis maiestatem quærunt, ] Tua pro-  
culdubio conscientia te accusat, te gloriam Christi  
non quærere, ideoq; amicum mihi esse nolle.

Fiat voluntas Domini, in cuius manu omnes **RR**  
sortes meæ. Circumdederunt me canes: Salua me  
ex ore Leonis, & à cornibus unicornium humili-  
tatem meam. Circumdederunt me boues multi,  
tauri pingues obsederunt me. Aperuerunt super  
me os suum, & sicut Leo rapiens & rugiens.

Et lego & scribo, & vtrunq; fortassis in mea **S S**  
professione & vocatione laboriosa diligentius,  
quàm censor iste iniquus. Lectiones certè præfero  
omnibus reliquis meis laboribus. Sed de hoc meum  
non est dicere, nisi quantũ contumelia disputatoris  
mei me dicere cogit. Exemplum aut, quod disputa-  
tor suum proponit, iudicio accurato indiget, ne  
missis hostibus manifestis, Pontificijs, Iesuitis, & hæ-  
reticis, ad quorum catalogum Ecclesiæ nostræ om-  
nibus temporib. etiam Sacramentarios retulerunt,  
insurgamus tantum aduersus eos, quos fratrum loco  
habere debebamus, vt impudenter disputator iste  
huiusq; collaterales faciunt, scribentes τ in hære-  
ticos & hostes multos, θ verò in amicos & ortho-  
doxos multos, & λ in neutrales, & de fide sua in-  
certos. Vtinam verò exemplum suum secutus  
physicus iste iam fuisset, & ab hac disputatione  
abstinuisset.

**K**

**Finem**



Et sunt qui dicant te & tuissimis  
libus autoribus hoc agi, vt decreta  
fiant vel etiam iam facta sint, ne ex  
illis locis Saxoniae vestrae liberos suos  
os quisquam in Academia nostram  
mittat.

Quod etsi Deo permittimus,  
nos tamen etiam in quam necessita-  
tem scribendi a te conijciamur vi-  
des, qui nimirum vulgus quoque do-  
cere necesse habebimus quomodo  
nobiscum egeris nisi per te hoc auer-  
tatur. De quo & quod facturum sis,  
atque ad sanitatem reducite passurus  
non dum desperauimus. In qua spe  
nostra, & in praesentia sibi tempera-  
uit haec responsio nostra, & differuntur  
a nobis reliqua. Vbi quitatem  
autem Eutychemam a Collegio antea-  
cessorum nostrorum iam pridem  
damnata esse, si ignoras.

D.D. Iacobus  
Andreas  
Theologus

Emissarius huius, tuus  
necessarius te docere  
poterit.







test, cuius etiam Celsitati Illustriſſimæ non minus,  
 ac tu, meliore tamen, vt spero, titulo & conscien-  
 tia, vt hæc tua disputatio ostendit, humiliter & fi-  
 deliter seruiſſio: neq; etiam, vt hæctenus, tantummo-  
 do facias hoc, per alienas tegulas veniens fucum  
 simplicioribus factum, φένεξ, & personatus, ne  
 ad me opus sit quæstione: Prophetiza, quis est,  
 qui te percussit? Si verò memor esse volueris offi-  
 cij tui, vt πολυπραγμασώκη vites, & concor-  
 dia studiosus sis, & non sis ἀλλοθροισπίσκωθ  
 & hospes ingratus, ex amico hostis factus, sed ve-  
 ram doctrinam tuearis, & tuo loco nobiscum in  
 illa consensum fideliter serues, consules non solum  
 nobis, tibi mihiq; verum totius Ecclesiæ & Rei-  
 publicæ & tranquillitati, & te ipsum ad sanita-  
 tem reduces, & alijs negocium venenata tua bile  
 non facesses, de quo & quod facturum sis, non-  
 dum desperavi: in qua spe mea, & in  
 præsentia sibi temperavit  
 hæc responsio mea  
 &c.

Fac finem, mi Gnate Dei, mi Christe Redemptor.

καὶ ἔρχομαι ταχὺ. ἀμήν.

**H**anc quasi formam responsionis, quali vti  
 possem, & meo iudicio, si opus esset, debe-  
 rem



rem, deliniare volui. Sunt certè disputatoris, amici olim & hospitis, popularisq; quodammodo mei, criminationes tot & tantæ, vt nisi fides vera, & conscientia bona, & innocentia, publicè, vt spero, & priuatim nota optimis quibusq;, adesset reclamans mendacijs, responsione opus mascula & integra esse videretur. Perfidum, seditiosum, cruentum scriptorem, infamatorem, quietis publicæ turbatorem, blasphemum, profanum, Eutychæum, & hæreticum, ingratus iste hospes, & tuba & sagitta, vt nomen habet, classicum Nestorianum canens, amicus iste meus me publico scripto nominare non erubescit, qui quomodo huc intrauerit, & ad quid venerit, vt Christus frater omnipotens noster ad illum aiebat, nescio. *Φιλάρτου* & scientia *Ἰωάννου* inflatum, censorem omnium, & concitatorem totius Saxonie me appellat. Dicit negari à me, Christum hominem in coelos ascendisse, & in coelo esse. Dicit affirmari à me, Christum exuisse humanam naturam, & hanc ubiq; diffusam esse. Dicit articulos fidei à me euersti & conuelli, & Pontificiam superstitionem, profanationem & idolatriam stabiliri, & fidei Christiane contraria fingi, & nescio quæ præterea, horrenda cogitatu, dictu, lectu, nedum factu. Quid autem tetrius, quid mendacius, contumeliosius, & magis sycophanticum dici scribiq; posset? Horresco referens & legens, calumniarumq; plaustra, & portenta abominor: *Quæ tamen, iniurias*



iuxta præscriptum Christi ferendo patienter, re-  
sponso indigna iudicarem, nisi doctrinae verita-  
tem illa potius, quam personam miseram meam  
adorirentur. Et quamuis amicum illum uicium,  
( oportet enim me, ut est in Psalmo, cum peruersis  
loqui, re ita postulante ) aliquomodo excusatum  
habeam, qui hætenus ipsum non tantummodo vi-  
rum eruditum præclare, verum etiam bonum, &  
minimè Momum esse iudicavi, & fortassis ab  
alijs, qui ipsi nondum audent facere, quæ pòt ca-  
recta latentes faciunt, impulsus, & ut rumore  
fertur, vocatum quasi solenniter, & expetito con-  
silio eò tandem persuasione hilari & gloriabunda  
minimè tamen faceta, multò minus salutari, ut  
mecum Grammaticè, hoc est, ( sic enim res habet )  
mendaciter & calumniosè, contra Deum, & sit-  
am ipsius conscientiam, omnemq; fidem, & contra  
ius omne, quod Deo & hominibus debetur, dispu-  
taret, adductum esse existinem: tamen doleo boni  
hominis vicem, incidentis incauto furore in nomen  
quod innotuit passim, mendaciorum & calumnia-  
rum fabricatoris. Sic nimirum fit, ut faciens &  
consentiens, & saltem tacens, & pedarius, capite  
scilicet lingua destituto, ad consilia non pia, non  
honestas, non pacifica, amicus præsertim, cui no-  
ta est amici, qui flagellatur, integritas & sim-  
plicitas, perfidie nomen non abolendum, sibi ipsi  
sua perfidia & musitatione, homine saltem ciuili-  
ter honesto, nedum pio & excellenti, minimè di-  
gna,



gna, contrahat. Ego profectò in ea sum sententia,  
vt si mundum lucrari possem, mihi tamen persua-  
deri non paterer, vt amico, qui intus & in cute  
mihi notus esset, iniuriam contumeliosissimè & ca-  
lumniosissimè, ac quidem publicè fieri, meo quoq;  
calculi si non vera, tamen simul notati & compræ-  
hensi mentione, permitterem, aut, si impedire furia-  
as non possem, protestatione iusta me malitiam i-  
stam non approbare, candidè vt apertè testarer.  
At quid querelas instituo? Plaustra mendaciorū,  
quæ comportauit amicus ille meus, cum hoc quasi  
auctuario, & minimè quidem faceta, tamen cum  
corona, ipsi remitto, & vt domi deinceps ipse ha-  
bitet, eum candidè & fideliter monco. Nam nec  
publicæ quieti Ecclesiarum & scholarum Princi-  
pis Electoris, Clementissimi mei domini atq; etiam  
Nutritoris, consulit, neq; huius Celsitati & confi-  
liarijs sapientissimis, dominis & patronis meis re-  
uerenter colendis, gratum hoc modo facere potest,  
neq; Ecclesie & Academiae VVitebergensis no-  
men saluum & incolume esse & manere, vt ego ab-  
sens facio fidelissimè, studet, neq; suæ existimatio-  
nis, addo etiam fidei rationem habet. Nouimus eti-  
am aliquando Illustrissimum Electorem ita educa-  
tum piè, institutum religiosè, & affectum animo-  
sè, vt propter disputatorem Grammaticum vnum  
atq; alterum non sit ipsius Celsi, vel fidem mutatura,  
vel passura, vt in suspicionem Ecclesie & scho-



le veniant, aut quies turbetur, aut coniunctio di-  
ssoluetur, utilis & necessaria publicæ rei. Quan-  
ta, quaeso, est miseria & calamitas, dum tutò ferè  
nemo de ascensione Christi ad caelos, & de dexte-  
ra Dei, deq; Coena Domini, loqui, scribere, aut  
concionari absq; suspitione amplius debet? dumq;  
fides nostrarum Ecclesiarum, scriptis Lutheri,  
Philippi, Pomerani, Försteri, Crucigeri, Brentij,  
Theodori, Regij, & aliorum haectenus exposita,  
nunc dubia, suspecta, pendula, & incerta fieri,  
prò dolor, incipit? Ad hoc ne conuiuendum? ita  
ne iuuentus instituenda? ita ne religio, & veritas  
agnita, promouenda & propaganda? ita ne qui-  
es terrarum seruanda? ita ne constantia proban-  
da est? hæc ne confessio nostra haectenus fuit, &  
tam lubrica, tam momentanea, tam mobilis? Sed  
hæc considerent, & iudicent pij & sapientes. Ad  
me verò quod attinet, hæc fiducia & spe planè fru-  
or, non facillè quenquam, cui pietas & honestas,  
& fame integritas cordi est, mihi propterea suc-  
censere posse, quod ferre nec possim nec debeam,  
neq; etiam velim, me publicè & absq; culpa men-  
dacissimè proclamari tanquam blasphemum, per-  
fidum & hereticum, ac articulorum fidei euerso-  
rem, qui mortem etiam qualemcunq; oppetere  
malim, quàm in minimo istius sceleris reus fieri,  
vel saltem in suspitionem tanti flagitij venire.  
Mentiri potius dico eum, & ex patre diabolo lo-  
qui, quisquis ista loquitur, & blasphemum, perfi-  
dum,



dum, seditiosum, & hereticum esse, atq; mendacem & calumniatorem teterrimum, donec aut vera esse, quæ temerè & falsò scripsit, probauerit, aut agnoscens culpam & perfidiam idem mecum deinceps iuxta confessionem Ecclesiarum nostrarum, quæ in scriptis D.D. Lutheri, & Corpore Doctrinæ comprehensa est, senserit, & docuerit, videlicet Christum ascendisse ad cœlos, non ut cœlo capiatur aut includatur, ceu loco continenti, ut alibi esse suo corpore non possit, sed ut Dominus cœlorum constitutus, cœlesti gloria, maiestate, & potentia diuina gubernet omnia, atq; omnem potestatem in cœlo & in terra super omnes creaturas, spirituales & corporales habeat: deinde Christum  $\sigma\omega\mu\alpha\tau\iota\kappa\eta\ \pi\acute{\alpha}\rho\omicron\upsilon\tau\iota\alpha$  esse in Cœna, & distribuere per manum ministri vescentibus pane & vino verum corpus & sanguinem suum, non spiritualitèr tantum, sed etiam corporaliter, ut est in Apologia, id est, non typicum, aut symbolicum, significatiuum, mysticum, phantasticum, metaphoricum, translaticium, metonymicum, allegoricum, catachresticum, improprium, aut absens, sed verum & substantiale, & in Cœna præsens corpus, quod in cruce pependit, & pro nobis traditum est, & ex cuius latere lancea transfixo effluxit sanguis & aqua &c. Modus quidem est spiritualis, id est, inuisibiliter & comprehensibiliter adest, datur & accipitur corpus & sanguis, sed corpus tamen præsens, quod datur & accipitur, verum



corpus est, & sanguis verus sanguis est, iuxta verba Testamenti, & institutionis Christi.

In his igitur si consensus est, iam res plana est, & ego condonabo amico meo, & socijs huius ex animo, quicquid susceptum & factum est animo bilioso & venenato, petoq; vicissim mihi condonari, si quid durius fortassis ex indignatione profecto iustissima, vt optimos quosq; volo esse iudices, à me pro veritate & innocentia assertenda dictum sit. Quicquid enim de me misero, & nescio qua fortuna miserè iactato, quæ facit, vt huius ærumnose vite me dudum tædere ceperit, alij iudicent, statuant, loquantur, scribant, & spargant, Deo tamen ego gratias ago toto pectore quod animo meo in officio meæ vocationis non insedit aliud studium, aliud desiderium, alia cura, laboris alius, nisi veritatis agnitæ etiam ad posteros propagandæ, & concordie pacisq; piæ & salutaris. Cumq; sciam vitæ meæ stamen non esse prolixum, & Christi iudicium nouissimum non procul abesse, securum in veritatis assertione, officij mei ratione, meo loco me esse nequaquam decet, reddaturum breui rationem Filio Dei. Memor etiam subinde esse disco dicti Siracidæ: Furorem & iram execratur Dominus, & vir sceleratus his erit obnoxius. Cupidum ultionis, ultio manet à Domino. & peccata eius sedulo conseruabit. Remitte iniuriam proximo tuo, & tunc tibi quoq; oranti peccata



cata dissoluentur. Annè homo iram retineat ad-  
uersus hominem, & à Domino salutem postulet?  
Memento mandatorum nec irascaris proximo.  
Iracundus homo pugnam accendit, vir sceleratus  
conturbat amicos, & inter eos, pacem qui habent,  
calumniam inijcit. Flagellum in tergo vibices facit,  
sed virulenta lingua conterit ossa & omnia. Mul-  
ti ceciderunt per aciem gladij, sed non tam multi,  
quàm per linguas virulentas. Beatus qui custodi-  
tur ab ore virulento, qui ab eo non affligitur, &  
eius iugum non portat, eius cassibus non irretitur.  
Nam iugum eius ferreum est, & laquei eius aenei.  
Afflictio eius acerbior morte & inferno. Sed ti-  
mentem Dominum non opprimet, neq; uretur  
flammis eius, &c. De his autem, vt verba faci-  
am plura, instituti mei non est. Quod verò ante  
septennium, quod crisin suam iam manifestat, cum  
Dresdæ minister diuini verbi in illustrissima aula  
Clementissimi & inclyti Electoris essem, in enar-  
ratione Psalmi 101. scripsi & dixi publicè, idem  
nunc ex animo, ceu singulare votum & precatio-  
nem necessariam repero, qui nimirum Ecclesie &  
Academie VVittebergenfi omnia mea officia de-  
fero, omnemq; vsq; ad vltimum vitæ halitum gra-  
titudinem, & sinceram in omnibus amicitiam vsq;  
ad aras policeor candidè **ΚΑΙ ΤΙΣ ΔΟΛΟΣ**. DEO  
teste, videlicet hoc:

VVite



VVittenberga Deus te porrò seruet alumnam  
Musarum, & donet secula longa tibi,  
Vt Christo seruire queas, vnumq; celebres,  
Nec potior Christo sit tibi mundus iners,  
Vt valeas, viuasq; Deo, benedictio Christi  
Sit tecum, & flectat te, tueatur, amet.

AETernus Deus Pater Domini nostri Iesu  
Christi, & Dominus & frater noster Iesus Chris-  
tus, & Spiritus sanctus, procedens à Patre &  
Filio, æternus & verus, misericors, omnipotens,  
& longanimis Deus, sit nobiscum, doceat, regat,  
gubernet & moderetur pectora nostra, vt sancti-  
ficati in veritate diuina vnum simus & maneamus  
in ipso, vt suauissimè dicitur:

Sint vnum, maneant vnum, moriantur & vnum,  
Quos vnum iungit fœdus, & vna Fides.

Cætera turba vale, Cætera turba peri.

A M E N.

Εἰς Δόξαν

VVOLFFERBYTI,

Mense Augusto.

1571.

AEQ VI



## AE Q V I P O L L E N T E S

phrases & sententiae.

Act. 3. Quem oportet caelum accipere  $\alpha\chi\theta\iota$   
 $\theta\acute{o}\nu\omega\mu$  vsq; ad tempora &c.

1. Cor. 15. Oportet illum βασιλεύειν regnare,  
 $\alpha\chi\theta\iota$  οὐ, donec ponat omnes inimicos sub pedes  
suos.

Luc. 24. Nonne oportuit pati Christum, &  
ita intrare in gloriam suam?

Luc. 19. Homo quidam nobilis abiit in regio-  
nem longinquam, accipere sibi regnum, & reuerti.

1. Petr. 3. Qui est in dextera Dei, profectus  
in caelum, subiectis sibi Angelis, & potestatibus,  
& virtutibus.

Apocal. 5. Dignus est agnus, qui occisus est,  
accipere virtutem, & diuitias, & sapientiam, &  
fortitudinem, & gloriam, & benedictionem.

Dan. 7. Filius hominis veniebat vsq; ad antiquitatem  
dierum. Et dedit ei potestatem, & honorem, &  
regnum: & omnes populi, tribus & linguae ipsi  
seruient: potestas eius, potestas aeterna, quae non  
auferetur, & regnum eius, quod non corrumpetur.

Heb. 1. & 12. Sedet ad dexteram Dei maiesta-  
tis in excelsis. Ephes. 1. Psalm. 8. & 21. id est:  
Ascendit ad Patrem, & datam sibi accepit omnem  
potestatem in caelo & in terra, vt homo.

DE



# DE RATIO

NE EXPLORANDI

Sacramentarios.

ζωειδὸς ἀγαθὸν φιλεῖ παρρησιάζεσθαι.



Erram spem concipienti mihi, fore, ut non tantum suspiciones minime vane, sed etiam discordiarum faces penitus extinctæ aliquando tandem euanescerent, ac simul omnes vias, mediæq; omnia, quibus uti debent homines moderati, nec difficiles, nec inhumani, ad pacificationem, salua doctrinæ cœlestis veritate, constituendam, vel restituendam potius & confirmandam, aggredienti & usurpanti, obijciuntur denuò Gorgonides à maleuolis, & nihil minus, quàm veritatem & salutarem concordiam petentibus atq; quærentibus, calumniarum & mendaciorum plenissima, ac labyrinthi serè inextricabiles, præsertim simplicioribus, & minus obseruantibus technas Satanae, conuoluuntur, idq; quatuor potissimum rationibus. Primum enim veritas doctrinæ incorruptæ, quæ Dei propitij beneficio sonuit in Ecclesijs & scholis regionum earum, quæ Augustanæ Confessioni sua se fide, confessione & professione addictas esse voluerunt, simplicitate sua spoliatur, & quæstionibus ac disputationibus  
nouis,



novis, absurdis, periculosis, vanis, impijs etiam &  
blasphemis deformatur & corrumpitur, ita pro-  
fecto, (aliter enim res se non habet) ut etiam pijs  
ne de securis, aulicis, superbis, mundaanis & empe-  
ctis loquar, quodammodo cogitationibus suis re-  
sultent, ac stupore quodam percussi incipiant eti-  
am ipsi disputare, hereantq; tanquam auicula in  
decipula irretiti, fiatq; quod verè dici solet, a-  
mitti scilicet veritatem nimium altercando, & iu-  
ventutem teneram mirum in modum, non veritate,  
quæ hætenus fuit Ecclesiarum nostrarum, sed spe-  
cie veritatis, id est, professione quidem Lutherana-  
nismi, qui est Christianismus sine omni dubio veri-  
ssimus, sed confessione tamen eidem Lutheranismi  
quasi studiosè & ex professo opposita, imbui, duci,  
seduci, & simul fucum fieri potentioribus, & sa-  
pientioribus cum in aulis, tum rebus publicis, spe-  
ctari scilicet conseruationem doctrinæ eius, quàm  
Ecclesiæ nostræ hætenus à repurgatione ministe-  
rio D. D. Lutheri facta, confessæ essent, cum nihil  
minus, quàm hoc, queratur, ita ut etiam nonnulli  
allegari auctoritatem Lutheri non tantum graui-  
ter agrèq; ferant, verum quoq; nomen ipsius sup-  
pressum velint prorsus, quidam etiam accusent vi-  
rum, & ad Principes non optimè instructos, Sta-  
phylis in morem, productis leuibus notis, deforma-  
re conati sint antehac, & etiamnum conentur: qua-  
de re, si velim, integram historiam conscribere fa-  
cile queam. Mirandum verò non est, fieri talia



à superbis spiritibus, cum & prospexerit & præ-  
dixerit istam ingratitude & defectionem Lu-  
therus ipse nostræ ætatis Elias, vt si nihil aliud,  
ultima certè concio, quam Heros ille magno spi-  
ritu & zelo VVitebergæ habuit, euidenter de-  
monstrat. Et tanta cum sit hodie securitas ho-  
minum, Principum, Consiliariorum, nobilium, ci-  
uium, & aliorum, quantum animo concipere &  
imaginari vix potest aliquis, tantaq; præsumtio,  
vt superficialiter, obiter, καὶ ἐν πλάτῃ, absq;  
timore & inuocatione Dei, etiam inter pocula, &  
voluptates suas, se res religionis expedire posse  
illi arbitrentur, frigidèq; & leuiter, ne dicam,  
fraudulenter & insidiosè, curâ propemodum nullâ  
agant omnia, quæ diuina sunt, & ad gloriam Dei,  
& salutem nostram pertinent, mirandum minus  
est, nos puniri diuinitus iusto Dei iudicio, & ta-  
cité, ne animaduertamus, iure talionis, cum ser-  
pentinis gyris & blanditijs, quibus primi paren-  
tes decepti fuerunt, ipsi quoq; in rebus sacrosan-  
ctis, candore & timore Dei carentes, vtamur,  
veritatis loco nobis hereses, errores, mendacia, &  
blasphemias subinde, melliflua persuasione, &  
quasi incantatione (cur enim aliter loquar?) af-  
ferri, illiniri, obtrudi, atq; id ita, vt dum puta-  
mus nos veritatem propugnare, & defendere, ac  
patronos esse doctrinæ sanæ, & repurgatæ mini-  
sterio Lutheri, simus blasphemiarum, mendacio-  
rum, & nouarum opinionum mancipia & ministri



stri: id quod, pro dolor, hodie fieri videmus, mi-  
ramur, & dolemus, in confusione doctrinae coele-  
stis (quae haecenus sonuit in Ecclesiis nostris, &  
Dei beneficio adhuc sonat in Saxoniae inferioris  
Ecclesiis omnibus, de maiestate Christi hominis:  
de dextera Dei: de ascensione Christi ad caelos,  
& sessione Christi ad omnipotentis Patris dexte-  
ram, Item, de corporali praesentia Christi in Coe-  
na, & de vera veri corporis ipsius manducatione)  
in confusione inquam doctrinae coelestis, quae est  
Lutheri doctrina, cum ista prava altera, pericu-  
losa, putida, & mendaci, quae Sacramentariorum,  
hoc est, Cinglianorum, Calvinistarum, & Beza-  
itarum est. Cognatae nimirum finguntur, &  
inter se minimè discrepantes doctrinae, cum profecto  
coelum ab inferno non possit longius distare,  
quam duo illa doctrinarum genera, ita, ut nun-  
quam conciliatio Lutheranismi & Sacramentari-  
orum Phenacismi à quoquam, cui mens aperta &  
sana est, institui possit, etiamsi omnes philosophi,  
Iurisconsulti, Medici, Physici, Mathematici, Geo-  
metrae, & omnes inferorum portae comportent  
in unum artes, sapientiam, doctrinam, conciliati-  
ones, & iudicium suum. Vana res est, & co-  
natus inutilis, & homine candido, pio, & simplice  
indignus, vafro autem, versipelle, & eo, qui reli-  
gionem ludibrio habet, dignissimus. Loquor, quod  
reuera sic se habet. Et dabit nostra Germania poe-  
nas suae leuitatis, inconstantiae, & conciliationis  
non humanae, sed diabolicae.

L

Quis



Quis enim conciliabit hæc vniuersam?

CALVINISMVS.

Christus vt vbiq; totus est, sed non totum, ita etiam in cœna est secundum diuinam suam naturam, nõ autem corporali præsentia, & distribuit corpus suum & sanguinem non verum, sed ἑοικωδῶς ἑοικωδῶς ἢ καὶ νοητῶς imaginatiuum, metaphoricum, spiritualiter.

Quid sit illud, quod in cœna ore corporeo accipimus, ostendit ratio nostra, & sensus naturalis, videlicet, quòd sit panis, & vinum. Verba autem Christi [ hoc est corpus meum ] tropicè sunt accipienda. Est, pro, significat

LUTHERANISMVS.

In Cœna Domini Christus corporali præsentia adest verè & substantialiter totus & totum, & per manum ministri sub pane & vimo benedictionis, distribuit & exhibet, vescentibus, verum suum corpus & sanguinem, inuisibiliter, & incomprehensibiliter, ac insensibiliter, iuxta verba & veritatem sui Testamenti: Accipite, edite, hoc est corpus meum, &c.

Quando querimus, Quid sit illud, quod in Cœna ore nostro corporeo accipimus, ipse Christus nobis respondet: Accipite, edite, hoc est corpus meum, quod pro vobis traditur. Accipimus igitur ore nostro & edimus



### Calvinismus

ficat, ut sit signum corporis, vel figura: vel ut sit corpus *νοητόν*, imaginatum, quod spiritualiter per fidem tantum apprehendi possit. Concedimus igitur, & dicimus, Corpus Christi in Coena dari & accipi, sed intelligimus corpus *νοητόν*, & spirituales usum.

Filius Dei in coena verè & essentialiter siue substantialiter praesens, dat nobis corpus edendum & sanguinem bibendum.

Praesens autem est verè & substantialiter secundum suam diuinitatem, qua omnia replet, non secundum suam humanam naturam: & dat corpus & sanguinem spiritualiter, credentibus, quod corpus tamen non adest, praesens, nec accipitur ore nostro in terris, sed in caelis

### Lutheranismus.

mus id, quod Christus nos accipere & edere iubet, corpus videlicet Christi, & bibimus sanguinem Christi.

Non tantum spiritualiter per fidem corpus Christi accipimus, sed etiam corporaliter ore nostro cum pane & vino verum corpus & sanguinem Christi accipimus, modo nobis incognito, & omnem captum humanam rationemq; naturalem superante.

L 2

Modum



### Caluinismus

caelis est à nobis absens,  
ἄγιος ἁπλῶς & conten-  
tum in certo coeli loco.

Ratione nostra uti, &  
hanc consulere debemus.  
Ea dicit: Corpus est cir-  
cumscriptum, & est in  
certo loco, & non potest  
simul & semel esse in di-  
uersis locis. Et Deus ipse  
non potest sua omnipo-  
tentiâ, etiamsi velit, hoc  
efficere, ut corpus ἄγι-  
ος ἁπλῶς sit simul & se-  
mel in diuersis locis.

Qui dicit, verbis Chri-  
sti simpliciter credendum  
esse, is est Capernaita,  
Thyestes, Creophagus,  
Idolophagus, Deiuorus,  
αἱμοπότης, sanguipo-  
tor, sanguiuorus, come-  
stor sui Dei, &c. Simpli-  
citas autem nostra non  
debet rationi esse contra-  
ria. Et verbum Dei da-  
tum

### Lutheranismus.

Modum ratione nostra  
nec debemus, nec volumus  
nec possumus scrutari,  
sed rationem nostram ca-  
ptiuamus in obedientiam  
Christi, & verbis Chri-  
sti credimus, & sumus  
discipuli Christi. Ipse di-  
xit, ipse potest. Quomo-  
do igitur fiat id, quod di-  
xit, eius omnipotentiae,  
& veritati committimus.

Capernaiticas & car-  
nales imaginationes de  
comestione, coctione, di-  
gestionem, fugimus, exe-  
cramur, & detestamur.  
Christo credimus dicen-  
ti: Accipite, edite, hoc  
est corpus meum, quod  
pro vobis traditum est.  
His verbis innitimur, &  
acquiescimus, & absur-  
ditates



### Caluinismus

tum nobis est, vt ratione  
nostra illud apprehenda  
mus, meditemur, pensite  
mus, examinemus.

Modus presentia, exhi  
bitionis, & manducatio  
nis est spiritalis, & tan  
tum per fidem perficitur  
Corpus autem & san  
guis Christi nullo modo  
corporaliter  $\sigma\omega\mu\alpha\tau\iota\kappa\acute{\iota}\nu$   
 $\pi\acute{\alpha}\rho\omicron\iota\varsigma$  assunt, multo  
minus exhibentur, &  
manducantur. Particu  
las, in, & sub, reijcimus.  
In inclusionem, sub com  
pressionem, cum consub  
stantiationem significat.

Indigni

### Lutheranismus.

ditates omnes abrump  
mus, nec ulterius dispu  
tamus. Ipse dixit, ipse fa  
cit. Vox Domini in vir  
tute, vox Domini in ma  
gnificentia. Corpus au  
tem Christi nec conteri  
tur, nec digeritur, sed cor  
pus est & manet corpus  
à nobis autem accipitur  
iuxta verba testamēti, eo  
modo, quem ipse Testa  
tor Iesus Christus nouit.

Et quia modum ignoramus,  
ideo dicimus, Panem  
esse corpus Christi ( vt  
ipse Christus loquitur )  
vel esse  $\kappa\omicron\iota\upsilon\omega\upsilon\iota\omega\upsilon$  corpo  
ris, siue participationem  
naturalem: vel in, cum,  
sub pane dari nobis, &  
accipi à nobis verum cor  
pus Christi, & in, cum,  
sub vino bibi verum san  
guinem Christi: non vt  
inclusio, transsubstantia  
tio, aut consubstantiatio

L 3

vlla



## Calumnismus

Indigni, cum spirituali manducatione careant, carent etiam participatione corporis & sanguinis Christi, & nihil aliud, nisi panem & vinum accipiunt. Rei autem fiunt corporis Christi, quia respuunt oblatum usum spiritualem, & beneficia Christi. Iudam vero interfuisse coenae, ambigimus, licet historia, Augustinus, & Ecclesiastici Doctores Iudam interfuisse ostendant.

Concludimus ergo, &  
dicimus, Corpus Christi  
praesens

## Lutheranismus.

vlla physica fingatur, sed vt ostendatur, nos verè accipere corpus Christi verum, cum panem benedictionis accipimus, &c.

Et quia Christus non tam pijs suis discipulis, quam etiam proditori suo Iudae impio dedit panem, dicens: Hoc est corpus meum, quod pro vobis traditur: ideo etiam indigni in Ecclesia non tantum externa signa, id est, panem & vinum, sed etiam corpus & sanguinem Christi accipiunt, sibi ad iudicium, & rei fiunt corporis & sanguinis Christi, vt Paulus euidenter, affirmat, licet modus participationis nobis plane incognitus sit.

Concludimus ergo, &  
dicimus, Corpus Christi  
verè



### Caluinismus

praesens non esse in coena  
sed in certo caeli loco, &  
tam procul abesse à Coe-  
na, quam longè distat coe-  
lum à terra: & nos in  
coena verum Christi cor-  
pus ore nostro non acci-  
pere, sed spiritualiter  
tantummodo per fidem  
ascendentem in caelum,  
vbi corpus Christi est lo-  
caliter contentum, & i-  
maginantem sibi cogita-  
tione propria coniuncti-  
onem cum corpore Chri-  
sti, & nos non fieri par-  
ticipes substantiae corpo-  
ris Christi in Coena, quia  
corpus non adest, sed ac-  
cipere virtutem, operati-  
onem, efficaciam, siue be-  
neficia absentis corporis  
Christi per fidem: &  
indignos tantum exter-  
na elementa, non verò  
corpus Christi ore suo  
accipere: atq; ita tan-  
tùm vnàm esse manduca-  
tionem

### Lutheranismus.

verè & substantialiter  
praesens adesse, vbicunq;  
in terris Coena Domini  
iuxta institutionem Chri-  
sti celebratur: & nos in  
Coena ore nostro verum  
Christi corpus accipere,  
quoties pane benedictio-  
nis vescimur: & indignos  
suo quoq; ore verum cor-  
pus Christi manducare:  
atq; ita duplicem esse  
manducationem, vnàm,  
qua vescentes pane acci-  
piunt ipsum corpus, siue  
ipsam substantiam cor-  
poris & sanguinis Chri-  
sti: alteram, quae est spi-  
ritualis, & propria dig-  
norum siue credentium,  
qui agunt poenitentiam.



### Calvinismus

tionem, spirituales scilicet, qua sublata nihil restat, nisi panis & vinum.

Nostræ doctrinæ fundamentum est: Primum, regula physica: Corpus verum oportet in vno loco esse, & non potest simul & semel in diuersis esse locis. Secundò, absurditas doctrinæ de corporis & sanguinis naturali participatione: Tertio, articulus de ascensione Christi ad cœlos. Corpus igitur Christi est in cœlis, & Christus corpore suo, quod localiter cœlo capitur & continetur, non potest esse præsens in terris, siue in Cœna, siue alibi.

### Lutheranismus.

Huius doctrinæ, fidei & confessionis inuictum, immotum, & infallibile fundamentum est, Testamentum & Institutio Christi, qui est veritas, & vita, & fallere neminem vult, & est seruans suæ institutionis. Aut igitur credamus verbis Christi [Accipite, edite, Hoc est corpus meum, quod pro vobis traditur] aut negemus Christum esse omnipotentem, & veracem, quia medium nullum est. Si credimus Christum esse verum Deum, esse omnipotentem, & esse veracem, utiq; etiam credimus, posse & velle eum præstare ea, quæ dixit & promisit, etiamsi modus, quomodo fieri illa possint, nobis incognitus, & rationi nostræ contrarius sit.

Hæc



Hæc igitur sunt breuissimè indicata quasi ca-  
pita quædam, quæ profectò nemo vnquam conciliare  
poterit. Et vt obiter pio Christiano homini infera-  
uiam, si vltèrius progrediendum est, cum Sacramen-  
tarij ad stabiliendum delirium suum rationes vndi-  
quaq; collegerint, ad quas Lutheranis, id est, Christi-  
anis orthodoxis, & verbum Christi considerantibus,  
respondendum fuit, pauca nonnulla attingam, ex qui-  
bus ij, qui sani sunt, facilimè hæc duo colligent, vnum,  
non posse scilicet vllam institui conciliationem Luthe-  
ranismi, & Calvinismi à quoquam hominum, alte-  
rum, rem & controuersiam non esse leuem, aut non  
necessariam, de lana, vt aiunt, caprina, nullius aut ex-  
igui momenti, ita, vt ob concordiam ciuilem seu polie-  
ticam, de qua sapientes viri verba facere solent, vtra-  
q; pars, orthodoxa, & sectaria, ferri possit facile,  
seq; inuicem in Ecclesia aut schola vnâ & eadem  
absq; contradictione ferre debeat, sed controuersiam  
esse omnium in Ecclesia maximam, & omnino eius-  
modi, quæ sine omni dubitatione & fraude, manifestè  
ostendit, qui nam ex nostris hominibus, Principibus,  
Consiliarijs, nobilibus, ciuibus, Theologis, Doctoribus,  
& alijs in tanta doctrinæ luce sint verè Christiani,  
pij, credentes, anxij de gloria Christi celebranda, de  
sua & aliorum salute, de veritatis propagatione &  
conseruatione, deq; salutari concordia coniuncta cum  
professione immotæ & impollutæ veritatis, & qui  
sint constantes, candidi, aperti: & econtra, qui reli-  
gionem leuiter curent, gloriam Christi parui pendant,



de salute sua & aliorum incerti sunt, Testamentum Christi contemnant, veram doctrinam aequè ac hereses habeant, carnalem & momentaneam concordiam religioni, & maiestati Iesu Christi præferant, animis pendeant, lubrici, inconstantes, voluptatibus dediti, de iudicio Dei, & reddenda Deo ratione fidei parum solliciti, humanam rationem, philosophiam, & iudicium suum evidentibus verbis Filij Dei anteponant, & hæc animadvertentibus, & ita se rem habere dicentibus, superbe & inclementer, crudeliter, succenseant, & indignentur, & nihil tamen minus curent, quàm veram doctrinam, & huius constantem propagationem. Conferantur igitur nunc ea, quæ eorum, quæ diximus, veritatem nobis ostendunt.

## DE PERSONA CHRISTI.

### Calvinismus

Christus naturales proprietates corporis humani ita assumpsit, habet, & retinet, ut suo corpore alibi nusquam possit esse, nisi in vno certo loco: alioquin enim corpus physicum non esset corpus, si admitteret ea, quæ corporis non sunt propria. Nihil igitur humana natura

tura

### Lutheranismus.

Christus veram humanam naturam, & omnes huius essentielles proprietates in vnitatem personæ suæ assumpsit, homo factus, atq; etiam in sua gloria cœlesti non amittit humanam naturam, nec abiicit huius idioma ta εὐσαχνοῦ. Quia verò non nudus homo est, sed

Deus



### Calvinismus

tura in Christo assum-  
sit, & nihil habet, quod  
superet conditionem &  
proprietaem humane  
nature. Quapropter  
etiamsi Christus di-  
cat, se corpore suo &  
sanguine suo in Coena  
esse presentem presen-  
tia corporali, tamen  
cum haec verba pugnent  
cum physicis proprie-  
tatibus siue naturalibus  
idiomatis corporis hu-  
mani, affingenda est  
verbis illis congrua sen-  
tentia, quae sit analogae  
physicis idiomatis. Nam  
omnipotentia & veritas  
CHRISTI nihil,  
quod physicas proprie-  
tates superet, admittit.  
Et veritas diuina, atq;  
veritas physica, non sunt  
contrariae, etiamsi in-  
terdum dispensatio fiat,  
quae non euertit natu-  
ralis idiomatica, vt  
cum

### Lutheranismus.

DEVS & homo in  
vna persona, & secun-  
dum suam humanam na-  
turam super omne, quod  
nominari potest, exil-  
tatus est, ita, vt CHRIS-  
TO etiam in huma-  
na natura, omnis po-  
testas in caelo & in terra  
data sit, ideo non  
tantum secundum natu-  
rales proprietates cor-  
poris in vno certo caeli  
loco esse potest, sed eti-  
am vbicunq; vult esse  
corpore suo, ibi esse po-  
test, vt in Coena, in qua  
se corpore suo & san-  
guine esse dixit, etiamsi  
id fiat supra & contra  
naturales proprietates  
corporis humani. Nam  
idiomatica physica non  
impediunt omnipotenti-  
am, veritatem, & pro-  
missionem siue institutio-  
nem



Caluinismus  
cum Christus ambulauit  
super aquas.

Proprietates naturæ  
humanae in Christo sunt  
physicæ, & manent im-  
mota, & immutabiles,  
ita, vt etiam si Christus  
secundum diuinam natu-  
ram sit omnipotens, &  
humanam quoq; suam na-  
turam exornauerit donis  
excellētibus, quæ tamen  
non sunt diuina dona, sed  
sunt creata dona, tanta,  
quanta capere potest hu-  
manæ naturæ conditio:  
tamen contra aut supra  
proprietates istas physici-  
cas fieri nihil possit. Ma-  
net circumscriptio cor-  
poris in aliquo certo lo-  
co, & manet regula phy-  
sica, corpus non penetra-  
re dimensiones, & simul  
& semel non esse, posse,  
etiam si

Lutheranismus.

nem Christi, cuius po-  
tentia & virtus est infini-  
ta, & immensa, & ve-  
ritas immota

Non euertit, non amit-  
tit, non abiicit, Christus  
naturales proprietates  
humanae suæ naturæ, sed  
quia Deus est, & quia  
etiam in humana sua na-  
tura accepit omnem po-  
testatem in cælo & in  
terra, potest facere om-  
nia, quæ vult, etiam ultra  
supra, & contra omnes  
proprietates & conditi-  
ones physicas, quas ipse  
Deus & homo habet sub  
se, easq; usurpat, mode-  
ratur, regit ad suam glo-  
riam, prout vult, nec tamē  
illis alligatus est, tanq̄  
causis secundis, quia ipse  
vt Deus prima causa est,  
& vt homo non est extra  
Trinitatem diuinam, sed  
Deus & homo est secunda  
da



### Caluinismus

etiamſi velit, in diuerſis locis: idq; omne ita eſt, manetq; immotum, non tantum in hominibus aliis, ſed etiam in Chriſto homine.

Deus non poteſt facere, vt corpus vno & eodem tempore ſit diuerſis in locis. Et corpus etiam vnigeniti Dei manet in conditione nature humane, ſolo peccato excepto & nihil habet, quod ſuperet conditionem humanam.

Hyperphyſica nulla admittimus. Mariam Chriſtum peperiffe crucientam nixu naturali, dicimus.

Carnem

### Lutheraniſmus.

da perſona in diuinitate, ac etiam in natura ſua humana, que non eſt extra perſonam ipſius, ſed que in vnitatem perſone Chriſti aſſumta eſt, accepit diuinam, immenſam, ineffabilem potentiam in omnes creaturas.

Omnia poſſibilia ſunt Deo, qui de corpore ſuo facit, quidquid vult, & tamen manet corpus, quod cum ſit vnigeniti Dei corpus, omnia humana & phyſica tranſcendit.

Certe præter, vltra, ſupra, & contra idiomata humane nature, pluriſima diuina, & hyperphyſica in Chriſti corpore facta ſunt, vt conceptio, & natiuitas Chriſti ex

Maria



### Caluinismus

Carnem Christi viuificam esse docemus  $\Psi$   
 $\alpha\lambda\lambda\omicron$  Quod ambulauit super aquas, & reliqua, fuerunt dispensatio, quæ non est regula & terminus nature. Resurgit autem corpore suo, non clauso sepulchro, sed forte per angelum aperto. Ingitur ad discipulos clausis ianuis, id est, cum iam nox immineret, quo tempore ianue solent claudi. Ascendit in cælum modo & motu physico. Sedet in cælo, corpore circumscriptus in certo loco, aliter vt DEVS, aliter vt homo. Inuocatur vt DEVS. Humanæ autem nature idioma non est, adorari. Inuocamus tamen totum CHRISTVM, sed per com-  
muni

### Lutheranismus.

Maria sempervirginæ, præter rerum seriem. Caro Christi viuifica. Christus corpore suo ambulat super aquas, fit  $\alpha\phi\omega\iota\theta$ : resurgit clauso sepulchro: ingreditur ad discipulos clausis ianuis. Ascendit ad cælos corpore suo, contra proprietates corporis physici. Sedet ad dexteram omnipotentis Patris Deus & homo in vtraq; natura, ita, vt sessio non sit duplex, sed vna & eadem in eodem throno. Inuocatur & adoratur ab angelis & hominibus Deus & homo, Emanuel,  $\kappa\alpha\epsilon\delta\iota\omicron\theta$   $\gamma\upsilon\omega\sigma\upsilon\gamma$  omnipotens, Deus & frater noster, totus Christus, sine diuisione.

Ma



### Caluinismus

municationem idioma-  
tum, seruatis vtriusq;  
naturæ proprietatibus.

Humana natura in  
Christo non habet maie-  
statem & gloriam diui-  
nam. Diuinitas nihil  
communicauit humanæ  
naturæ in Christo. Com-  
municatio est tantum for-  
ma loquendi de persona  
Christi, non est realis &  
vera communicatio diui-  
næ maiestatis & gloriæ,  
cuius humana in Christo  
natura particeps fiat.  
Nullum enim idioma cõ-  
municatur.

Testimonia scripturæ,  
que de glorificatione lo-  
quuntur, de tota persona  
Christi sunt intelligenda,  
non de humana natura,  
aut carne Christi. Acci-  
pienda enim sunt dicta  
illa per communicatio-  
nem

### Lutheranismus

Maiestatem autem &  
gloriam hanc, humanæ  
natura in Christo non  
habet à se, ex se, secundū  
& per se, siue seorsim  
extra personam Christi  
posita in abstracto, sed  
à Filio Dei sibi commu-  
nicatam, non titulo tenus,  
non verbaliter, sed reue-  
ra, cum Deitate verbi in  
vna persona inseparabi-  
liter vnita.

De hac communicatō  
& donatā humanæ in  
Christo naturæ maiesta-  
te & gloria diuina, sunt  
accipienda scripturæ tes-  
timonia, vt erudita, pia,  
& orthodoxa antiquitas  
semper docuit: Psal. 8.  
8. Cor.



### Caluinismus

nem idiomatum, retentis  
vtriusq; naturæ essentia=  
libus idiomatis, ita, vt ca=  
ro Christi nihil habeat  
maiestatis diuinæ.

Mihi Christo reddita  
est omnis potestas, quia  
antea verbo requiescente  
in statu humiliationis,  
mea potestas diuina se  
non exeruit.

Nulla

### Lutheranismus.

1. Cor. 15. Eph. 1. Omnia subiecisti pedibus Fi-  
lij hominis. Psalm. 110. Sede à dextris meis. De corpore Dominico hæc dicta sunt, inquit Athanasius, Chrysostomus, & alij. Psalm. 45. Deus tuus oleo letitiæ unxit te plus, quàm consortes tuos. Matth. 11. Omnia tradita mihi sunt à Patre, mihi scilicet homini. *ἄνθρωπος ὢν* enim hæc dicuntur de assumpta humana natura, vt Athanasius & orthodoxi omnes docent. Matth. 28. Mihi (homini, Iesu Nazareno) data est omnis potestas in cælo & in terra. Dan. 7. Filio hominis data est à Patre æterna potestas. Eph. 1. supra omne, quod nominatur. Philipp. 2. supra omne nomen. Apoc. 5. Agnus occisus accepit potestatem

Nu  
idion  
prop  
tura  
tura  
culia  
diuin  
hyper  
stus  
in sua  
Creat



## Calvinismus

## Lutheranismus.

tem eternam, Act. 2.  
factus Dominus, 1. Pet. 3.  
subiectis sibi Angelis,  
Matt. 26. sedens ad dex-  
teram virtutis, Hebr. 1.  
maiestatis in excelsis,  
Hebr. 7. excelsior caelis,  
Heb. 8. in throno maie-  
statis, Heb. 12. in throno  
Dei, Eph. 4. omnia re-  
plens. 1. Pet. 2. Omnes  
thesauri sapientiae in ip-  
so absconditi sunt. Tota  
diuinitatis plenitudo  
habitat in ipso  $\sigma\omega\mu\alpha\tau\iota\kappa\omega\varsigma$   
 $\kappa\omega\varsigma$ . &c.

Nulla fit communicatio  
idiomatum. Retinentur  
proprietates utriusque na-  
turae. Humana vero na-  
tura habet sua dona pe-  
culiaria, sed creata, non  
diuina, sed physica, non  
hyperphysica. Et Chri-  
stus non est omnipotens  
in sua natura humana.  
Creator enim, qui solus  
est

Quomodo autem haec  
omnia fiant, & qua rati-  
one communicatio illa,  
non physica, non essenti-  
alis, non etiam verbalis,  
sed vera & realis, diuina  
& hyperphysica, sine  
confusione & exaequati-  
one naturarum & pro-  
prietatum fiat, nec mente  
intelligere, nec lingua  
dicere



### Calūmismus

est omnipotens, non com-  
municat vlli creature  
suam maiestatem & glo-  
riam, quæ est idioma di-  
uine nature.

Humane nature in  
Christo dona tantum  
sunt creata dona, quanta  
capere & sustinere po-  
test conditio humane na-  
ture, maiora tamen,  
quàm aliarum creatura-  
rum dona. Et idolatra  
est, qui plus tribuit hu-  
mane in Christo natu-  
re, quàm proprietas &  
conditio eius perferre  
potest. Caro est caro,  
humana natura est hu-  
mana natura: corpus  
est corpus. Nihil hîc est  
diuinitatis, sed omnia  
physica sunt, & physicis  
regulis obnoxia, alioqui  
saro non esset caro.

Etiam

### Lutheranismus.

dicere possumus, sed si-  
lentio atq; firma fide sus-  
cipimus, & totum Chris-  
tum retinemus.

Manifesta igitur bla-  
sphemia est, detrabere  
homini CHRISTO  
communicationem maie-  
statis & virtutis diui-  
ne. Hoc enim modo  
Filius hominis de dexte-  
ra DEI detrahitur, &  
negatur esse DEVS,  
qui est homo. Quid  
prodest ornare postea  
eum titulo diuino, &  
tantum creatis donis?  
Quomodo constabit unio  
ὑποστατικῆ diuine &  
humane nature in  
CHRISTO, si na-  
tura assumpta ponatur  
extra maiestatem? cum  
id aliud nihil sit, quàm  
ponere eam extra pera-  
sonam Filij DEI:  
quomodo constabit adora-

Mz

ratio



Calvinismus

Etiam de Christo  
verum est humanam  
eius naturam habere se  
physicè, & nihil accepisse,  
quod superet conditionem  
& proprietatem  
humanam. Qualis Adam  
fuit ante lapsum, talis  
Christus est in natura  
sua humana, & tamen  
unus est CHRI-  
STVS DEVS &  
homo

Lutheranismus.

ratio carnis Christi, **N**  
ea sit absq; maiestate &  
virtute diuina? atq;  
his ita conuulsis, quàm  
ratum erit Testamen-  
tum Christi, imò quid  
reliquum erit nobis de  
tota religione Christia-  
na?

Quòd à nonnullis obij-  
citur, non communicari  
maiestatem diuinam vlli  
creaturæ, quantumuis  
excellens donis or-  
nata, verum omnino  
est de creaturis extra  
DEVM, non verum  
est de humana natura  
in CHRISTO, quæ  
non est extra trinitatem,  
( nisi Quaternistarum  
blasphemias admittere ve-  
limus, & Nestoriana de-  
liria, qualia sunt hodie  
Sacramentariorum, ap-  
probare ) sed in persona  
Christi est ad dexteram  
omnipotentis Dei euecta.  
im



### Caluinismus

homo, & à nobis inuocatur, per idiomatum communicationem (quæ tamen realiter est nulla) seruatis vtriusq; nature idiomatis.

Filius Dei adest præsens suo ministerio & in cœna in terris, sed non secundum humanam suam naturam, verum tantummodo iuxta diuinitatem suam. Nam secundum humanam naturam est in cœlo alicubi, remotior à nobis, quàm cœlum à terra distat. Et Christus

cora

### Lutheranismus.

in throno maiestatis diuine, vno & eodem adorationis cultu ab omnibus angelis & hominibus celebranda, ita, vt cum dicimus, Pater noster, qui es in cœlis, semper hac ipsa compellatione etiam Christum in sua humana natura inuocamus, quia totum Christum adoramus.

Cum igitur hæc omnia verissima sint, & ab omnibus inferorum portis non possint impugnari, licet insaniat & ringatur Princeps mundi, certum iam est, Christum adesse suæ Ecclesiæ, ministerioq; verbi & Sacramentorum, præsentem, tanquam caput, non solum secundum diuinitatem suam, sed etiam secundum humanam suam naturam, quia totus Christus

stus



### Calvinismus

corpore suo non potest esse alicubi, nisi localiter, visibiliter, comprehensibiliter, & sensibiliter, siue physice.

Quando Christus ait: Mundum relinquo, &c. intelligit totalem absentiam humanitatis suae, non tantum à terris in uniuersum, sed etiam ab Ecclesia sua, à ministerio verbi, ab administratione Sacramentorum, in primis

### Lutheranismus.

Christus, Deus & homo, ad est Ecclesiae suae in terris, & officium mediatoris perficit, & suam praesentiam, quae etiam fit per naturam eius humanam, peculiari sigillo in sua Coena testatus est, & confirmavit. Christus enim corpore suo potest esse, ubi vult esse, & ubi se velle esse dixit & promisit in verbo suo, idque non tantum physice, sed, cum sit omnipotens & verax, hyperphysice, coelesti, imperscrutabili, incomprehensibili & inuisibili modo.

Quando autem Christus inquit: Relinquo mundum: non sum amplius in mundo: me non semper vobiscum habetis: & quando Patres disputant de absentia Christi secundum carnem: non intelligunt absentiam corporis &



### Calvinismus

à coena, ita, vt nec inuisibiliter, nec visibiliter nobiscum esse possit corpore suo.

Christus ita ascendit in caelum empyreum, vt alibi nusquam suo corpore esse possit, nisi in aliquo loco caeli, & vt homo caelo capiatur & contineatur vsq; ad iudicium nouissimū, corpore suo circumscriptus & loco certo comprehensus, vt nobiscum in terris, in sua Ecclesia praesens & uicaria esse nequeat. Sedet autem etiam vt homo ad dexteram Dei ideo, quia potentia eius est maior, quam angelorum, Eliae, & beatorum potentia, letitia, lux, & dignitas, & quia Rex &

### Lutheranismus.

sanguinis Christi à coena, sed loquuntur de manifesta & visibili praesentia, conuersatione & cohabitatione Christi secundum naturam & conditionem huius uitae terrena in mundo.

Ascendit Christus in caelum corpore suo, sed non ita, vt alibi nusq; esse possit, nisi in certo loco aliquo corporei caeli, sed quod illud ipsum corpus euexerit ad dexteram maiestatis & virtutis Dei: quocirca etiam illo suo corpore potest esse, ubi cunq; vult esse, & ubi se velle esse dixit, vt in coena diuersis in locis. Nam praesentia corporis & sanguinis Christi in Coena non modo non infirmatur per articulum ascensionis Christi in caelum, sed plane affirmatur & confirmatur. Habemus

M 4 enim



### Caluinismus

sacerdos est non tantum  
vt Deus, sed etiam vt ho-  
mo: non verò ita sedet  
ad dexteram Dei, vt eti-  
am in natura sua huma-  
na habeat omnem pote-  
statem in cœlo & in ter-  
ra, maiestatem & glori-  
am diuinam, & possit  
esse corpore suo inuiola-  
to, vbicunq; vult esse,  
contra, supra, & præ-  
ter phisicas proprietates  
corporis humani.

### Lutheranismus.

enim fratrem nostrum,  
Emanuelem, Deum, Do-  
minum, carnem & san-  
guinem nostrum, Iesum  
Christum, sedentem ad  
dexteram omnipotentis  
patris, omnibus cœlis ex-  
celsiorem, omnia guber-  
nantem, omnia audientem,  
cognoscentem, videntem,  
nobis presentem, nobis  
astantem, nos exaudien-  
tem, iuuantem, liberan-  
tem, saluantem. Cùm hoc  
DEO & fratre nostro  
omnipotente triumphabi-  
mus, & letabimur contra  
omnes inferorum portas,  
nedum contra misellos  
Sacramentarios, & alios  
similes. Ei cum Patre  
& Spiritu Sancto sit  
laus, honor, gloria, gratia  
& in omnem eternitatem  
Amen. Ipse faciet,  
ipse iudicabit.

Conti



Contulimus breuissimè sententiam orthodoxam  
cum philosophica & physica altera, idq; tantum eo  
consilio fecimus, ut qui boni, & nondum fascino sunt  
superbis & diabolicis corruptelis veræ doctrinæ, vi-  
deant tandem, oculos aliquomodo aperiant, cognos-  
cant, & iudicent ipsi, ut boni viri, ut sapientes, ut  
politici, (quandoquidem religio parum curatur)  
num, quæ, qualis, quanta possit institui, sperari, ha-  
beri, retineri concordia inter Lutheranos, hoc est,  
Christianos doctoresq; orthodoxos, & inter Sacra-  
mentarios, id est, Cinglianos, Calvinianos, Bezaitas,  
& omnes alios, qui Calvinicis fundamentis, versioni-  
bus, phrasibus, & nervis vtuntur. E diametro cer-  
tè pugnant secum illi, ita, ut si conciliationem fieri  
quis posse existimet, is religionem vniuersam ludibrio  
exponat, & Christum nullo modo diligat, quisquis  
sanè sit. Atq; hæc non temerè, non precipitanter,  
non incogitanter sentio, dico & scribo, sed inspecto-  
re, teste, & iudice ipso Filio Dei, Deo & fratre no-  
stro omnipotente, coram cuius tribunali rationem  
reddent suæ superbae securitatis ij, qui iam religio-  
nem flectunt ad politicam tranquillitatem, omniaq;  
miscunt in vnum, homines nihil minus, quàm Chri-  
stum curantes, ἄσι Ἰουδαί, κατὰ θύρα, γὰρ πρὸς  
Ἄγγλοι. Erit, erit tempus reddendæ rationis Tunc  
præfracti, qui insurgunt contra pios, & synagoga  
potentum, qui quæerunt animam nostram, & non po-  
nunt Christum in conspectu suo, implebuntur igno-  
minia, erubescunt, & conturbabuntur in seculum se-  
culi,



culi, & confundentur & peribunt, & cognoscent,  
quia tu DEVS, & nomen tibi IEHOVA, & tu  
solus altissimus in omni terra. DEVS meus po-  
ne illos vt rotam, & sicut stipulam ante faciem venti,  
quoniam fundamenta destruxerunt. Simples au-  
tem, dociles, & resipiscentes recipe in gratiam.

Dixi de prima ratione, qua securi, arrogantes,  
& tumidi rebus secundis, timidissimi in cruce, & ala-  
tum spirantes & crepantes homines, veritatem coele-  
stis doctrine, nouis labyrinthis implicare non aper-  
te, non candidè, sed tacitè & dolosè, & serpentino  
gyro incedentes, hypocrite suaues, molles & delicati  
conantur. Iudicet eos DEVS. Spes enim recti  
ipforum incessus iam euanuit, & frustra concipitur.  
Tolle superbiam, inanem dōzōw, minas, dolos, gy-  
ros, astus, calumnias, & mendacia, tolle inexplebilē  
sitim ipforum, & cupiditatem opprimendi innocen-  
tes vesanam, & dominandi in cathedra pro imperio  
in omnes, & sustulisti naturam & mores ipforum,  
resq; erunt in statu tranquilliore, & DEO accepti-  
ore. Sed de his aliàs, fortè peculiari scripto. Nunc  
reliquas technas tantummodo notabo.

Secundum igitur est, quo veritatis & concordie  
cursus impeditur, quòd piè, benè, in tempore, candidè,  
apertè, & placidè, ac humaniter monentes, excipiun-  
tur toruè, traducuntur calumniosè, deferuntur men-  
daciter, increpantur minaciter, tractantur inclemen-

M S ter,



ter, deformantur crudeliter. Tale enim tempus est, ut etiam sapienti viro, iuxta Prophetam, sit tacendum, nisi aliud pietas, & fides postulent. In quæ tempora reseruasti nos, ô Fili DEI? Sed tu laborem & dolorem consideras. Tibi derelictus est pauper. Adiutor noster aspice, insidiantes reprime, gubernata tuos famulos, quos sanguine mercatus es. Qui veritatem tuam quærit, is mendacijs obruitur: qui apertè incedit, is insidijs impetitur: qui pacem expetit, in eum insolentes insultant: qui fraternam concordiam salua veritate, desiderat, is ut autor omnium distractionum proclamatur: qui aliorum nominis & fame incolumitatem tueri studet, is contumoliosissimè deformatur. Talis hodie status est etiam in ipsa Ecclesia. Quid faciendum? Furit Satan. Breui autem aderit iudex Filius DEI frater noster, conquassaturus Satanam, & squamas eius. Expectemus igitur, & possideamus animas nostras in patientia, nec tamen simus muti canes, & pedarij, mancipium, & caput sine lingua. Non enim amplius dignus à nobis censendus est diabolus cum omnibus aduersarijs nostris, quibus deinceps taceamus, ipsis violenter in agrum Domini sauiantibus, tanquam apris & feris campi, deuastantibus vitem, palmites, & propaginem. DEVS ipsos aut illuminet aut reprimat

Tertium est, quòd omnia importunissimè, periculosissimè, iniustissimè, & calumniosissimè facta, dicta,



dicta, scripta, suscepta, proposita, edita, palliantur  
tamen fucis, & artibus mirabilibus, & non tantum  
excusantur, sed omnino rectissime facta pronuncian-  
tur, etiamsi reclamet evidentissima veritas, & consci-  
entia quoque, & omnium recte sentientium iudicium.  
Culpa non eorum est amplius, qui autores sunt malo-  
rum, & dissidiorum. Hi plane sunt *ἔναμαρτυροί*  
*καὶ ἄμωμοί*. Sed culpa in eos conijcitur, qui mo-  
nuerunt, rogauerunt, & periculum indicauerunt. Hi  
scilicet iam sunt autores omnis mali. Hi lupo aquam  
turbauerunt. Hos plecti necesse est, & his leonina  
destrahenda est. Isti vero recte fecerunt omnia, &  
mendacia & calumnias dum excogitant, oracula pro-  
ferunt, quibus acquiescendum est animo subiectissimo  
& humilimo, & adoranda sunt etiam ipsorum *ἑνώ-  
βια*, ut benevolentia, sancta, sana, & pulchra,  
candida: atque hoc facere nolenti occurrendum est mi-  
nis, indignatione, fulminibus, furoribus, supplicijs,  
via quacunquam, insidijs, delationibus mendacissimis, &  
alijs modis, qui modo excogitari & suscipi unquam  
possunt. Nouit autem Dominus viam iustorum, &  
iter impiorum peribit. Apud Dominum est salus.  
Non timebo millia. Perdet Dominus, qui loquun-  
tur mendacium, virum sanguinum & dolosum abo-  
minatur. Vir linguosus non stabilietur in terra,  
virum violentum venabitur malum, donec precipite-  
tur. Satis autem etiam de his.

Quartum est, quod declamationes de concordia

&



Et tranquillitate publica et priuata hodie, etiam à  
sapiantibus, generaliter instituuntur, omiſſa cõmone  
factione de neceſſitate veritatis cœleſtis retinendæ, et  
inſuper religio, quaſi Academica quædam philoſo-  
phia, producitur, cuius concluſiones de præcipuis  
rebus ſint ſuspendendæ, ne concordia publica turbe-  
tur, et increpantur ij, qui veritatem præferunt pri-  
uatis bonis, et ad corruptelas, concordie alicuius  
cauſa, quæ, animis in fide diſſidentibus firma eſſe  
non poteſt, non accedunt. Specioſè quidem de con-  
cordia dici poteſt, et declamitari magnificè, et pro-  
banda ſunt omnia, quæ de ea piè dicuntur, et acci-  
pienda reuerenter, ſi ab altera parte, cuius deſenſio  
ſuſcipitur, ſtadium veritatis non abſit, ſi calumnie  
ceſſent, ſi mendacia finem habeant, ſi imprudentia et  
impudentia agnoſcantur, ſi innocentes audiantur, ſi  
arrogantia et faſtus incredibilis tandem deſinant:  
quod vt fiat, faxit Filius Dei Dominus noſter IESVS  
Chriſtus ad gloriam et laudem ſui nominis, Amen.

Scriptum in illuſtri pædagogio  
Gandershemio: 4. Calendas  
Februarij. 1572.

K.4  
te.  
b. li.



ERRATA.

K. 4. lin. 9. candidè vt apertè. lege : candidè & apertè.  
K. 7. b. lin. 11. moaerati. lege, moderati. L. 5.  
b. li. 1. sunt. lege, sint.

Reliqua candidus lector ipse corriget.

m à  
one  
, &  
oso  
puis  
rbe  
pri  
uius  
esse  
con  
pro  
cci  
nsio  
niæ  
&  
si  
nt :  
VS  
1.

gio  
das





Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.











AB: 153927

ULB Halle


3

002 160 196




5b









D. NICOLAI  
SELNECCERI

EXEGEMA:

1. De vnione personali duarum naturarum in Christo.
2. De Idiomatum Communicatione.
3. De Cœna DOMINI.

COMMONEFACTIO DE VER-  
bis Actor. 3. Oportet Christum  
cœlum accipere.

DISPVATIO GRAMMATICA  
VVitebergæ scripta contra Selneccerum,  
& huius in illam ὑπομνήματα.

BREVIS APPENDIX, DE MO-  
do explorandi Sacramentarios, qui  
apertè tales esse nolunt.

HENRICOPOLI.  
M. D. LXXII.

